

Johann Ebart


**Supplementum Enchiridii Theologici Positivo-Polemici Johannis Ebarti, Diac.
Wettin. : Vel Erotemata quaedam miscellanea, horis subsecivis, proprii exercitii
gratia, collecta, Nunc vero In lucem edita & typis publicis exscripta**

lenae: Fleischerus, 1690

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn785182667>

Druck Freier  Zugang





A.h.-3181.



I.h.-318.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn785182667/phys_0005](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn785182667/phys_0005)

DFG



SUPPLEMENTVM
ENCHIRIDII
THEOLOGICI
POSITIVO-POLEMICI
JOHANNIS EBARTI,
Diac. Wettin.

Vel

Erotemata quædam miscellanea,
horis subsecivis, proprii exercitii
gratiâ, collecta,

Nunc verò

In lucem edita & typis publicis
exscripta.



ÆNE,
Impensis JOH. THEODORI FLEISCHERI.

ANNO M^l DC^l LXXXV.

SUPPLEMENTA
ENCHIRIDIUM
THEOLOGICI

POSTHUMA EDITIONIS
JOHANNIS EBARTI

DCC. M. CCC.

IV. ANNO M. CCC.

PROLITERIS: DEGENS: MIGELLUS:
HOMIS: IMPERIA: LIBERTI: EXERCITII
GAMES: COLLEGAS:

ANNO M. CCC.

IN PRAECEPS: ET: LIB: IMP: C:



EX: LIBRIS:

THEODORI FRIEDERICI

ANNO M. DC. LXXX.



Quæst. I.

An Deus etiam sciat eas res, quæ nunquam fiunt?

Quæst. 2.

Cur Spiritus S. dicatur in Cantico septiformis munere?

Quæst. 3.

An & quomodo Christus fuerit in lumbis Adami?

Vel:

Annon ex eo, quod Christus fuerit in lumbis Adæ, etiam reatus imputationi, perinde ut Adamigenæ alii, fuerit obnoxius?

Quæst. 4.

An Christus adhuc hodiè vestigia cicatricum retinuerit?

Quæst. 5.

An Sanguis Christi in ara crucis competrerit, an in resurrectione reassumptus fuerit?

a 2

Quæst. 6.

Quæst. 6.

Cur auditō solō nomine Iesu genuflexio
& apertio capitis, non item auditō no-
mine DEI Patris &c. in Ecclesia ha-
etenus obtinuit?

Quæst. 7.

An quilibet homo suum peculiarem An-
gelum tutelarem s. custodem habeat?

Quæst. 8.

Ubi sit cœlum majesticum?

Quæst. 9.

An dentur aquæ & supercœ-
lestes?

Quæst. 10.

An detur spatum extra omne cœlum?

Quæst. 11.

Quid de infantibus & de cœlis h.e.
de infantibus Ethniciis citâ morte ab-
reptis sit judicandum, an salvandi, an
damnandi?

Quæst. 12.

(o)

Quæst. 12.

An peccata Electorum, hac in vita remis-
sa, in extremo judicio revelanda sint,
nec ne?

Quæst. 13.

An etiam ante lapsum in statu integritatis
uxor fuisset viro subjecta?

Quæst. 14.

Quodnam fuerit malorum Angelorum
peccatum?

Quæst. 15.

In quo sita fuerit illa superbia malorum
Angelorum?

Quæst. 16.

Quare DEUS Angelis peccantibus non
pepercerit, cum tamen hominibus pe-
percerit, ac de Redemptore illis pro-
ficeret?

Quæst. 17.

An post creationem dentur ~~peccata~~?

a 3

Quæst. 18.

Quæst. 18.

'An mundus secundum substantiam, an
vero secundum qualitates sit interitu-
rus?

Quæst. 19.

Qualis futurus sit ignis ille ~~parvus~~ quo tota mundi machina in die judicii
conflagrabit?

Quæst. 20.

In quo loco vel mundi parte extremum
judicium sit futurum?

Quæst. 21.

Quid statuendum de Judæo immortalij
vivo ac oculato Messiae nostri teste?

Quæst. 22.

An Sagæ possint converti & salvari?

Quæst. 23.

An Veneficæ tempestates ciere possint?

Quæst. 24.

Quæst. 24.

Utrum nix, pluvia, venti, procellæ, fulmina, fulgura, statim ab initio mundi à Deo creata, an postea de num produc ta fuerint?

Quæst. 25.

An quidam in diluvio extra arcam positi & aquis submersi seriam egerint pœnitentiam, & salutis æternæ participes facti fuerint?

Quæst. 26.

Cur secunda Persona S.S. Trinitatis, Filius Dei, non prima aut tertia incarnata fuerit?

Quæst. 27.

An Christus etiam fidem habuerit, & quem fidem habuerit?

Quæst. 28.

An Christus Salvator etiam possit vocari salvatus?

a 4

Quæst. 29.

Quæst. 29.

An ex astris futura certo possint prævi-
deri ac prædicti hominibus? vel anthe-
mata Genethliaca erigenda sint?

Quæst. 30.

An conversio Judæorum universalis, vel
insignis ante diem extremum sit expe-
ctanda, nec ne?

Quæst. 31.

An caro Christi in triduo mortis fuerit
sine omni vita?

Quæst. 32.

An Christus secundum humanam Natu-
ram Deo sit æqualis?

Quæst. 33.

An in Christo duplex detur filia-
litas?

Quæst. 34.

Quando & quo die producti sint Angeli?

Quæst. 35.

(o)

Quæst. 35.

An unica sanguinis guttula à Filio Dei profusâ totus mundus Deo potuerit reconciliari?

Quæst. 36.

Quomodo Eva post commissum peccatum suam confusionem & nuditatem non senserit, antequā Adamum etiam ad peccandum induceret?

Quæst. 37.

An Salomon resipuerit, vel perierit?

Quæst. 38.

An vestimenta unà cum Israëlitis in deserto creverint, nec ne?

Quæst. 39.

An Pygmæi, infantuli in utero extinti, & foetus abortivi, in suis corpusculis; Gigantes vero suâ corporis mole olim resurrecturi sint?

Quæst. 40.

Ubi sit inferuus, an in ipsius terræ visceribus

a 5

ribus & centro terræ, an verò extra
cœlum & terram?

Quæst. 41.

An quis salvâ Conscientia alterum, si vel
maxime injustissimè ab eo patiatur, i-
mo ipsâ vitâ privetur, & contra oppri-
mentis potentiam nullam opem sibi
amplius restare videat, ad supremum
Christi Tribunal, additô certo compa-
rendi tempore, peremptoriè citare
possit, nec ne?

Quæst. 42.

Quid Judici in tali casu conveniat, sive
quid ipsi, si ita provocetur, sit agendum
per Conscientiam?

Quæst. 43.

Quid sit statuendum de illorum salute, qui
alios provocantes ad supremum Dei
Tribunal, sic moriuntur?

Quæst. 44.

Quid statuendum de illorum salute, qui ita
provocati, morte subitanea vivendi fi-
nem

nem facint, & constituto tempore
comparere coguntur?

Quæst. 45.

An Deus Creaturis his prorsus abolitis
novum cœlum & novam terram sit
creaturus?

Quæst. 46.

An omnes tentationes spirituales fiant
hominis tentati peccata; an vero pec-
cata Diabolo imputentur.

Quæst. 47.

Quid de spiritu blasphemiae sit sentien-
dum?

Quæst. 48.

Quo solatio erigendi sunt isti, qui conque-
runtur de cordis angustia, & animi tæ-
dio, dicentes: tam graviter se angi, ac
si multa grandia & capitalia malefacta
admisissent; Cum tamen sibi nullius
malefacti sint consciæ.

Quæst. 49.

An etiam pii experiantur tentationes ejus-
modi

modi spirituales , tentationem sensus &
inexistentiae fidei ?

Quæst. 50.

Quid discriminis inter temptationem Chri-
sti Matth. 4. & temptationem homi-
num ?

Quæst. 51.

Quid discriminis inter temptationes pri-
morum Parentum & posteriorum ?

Quæst. 52.

Quid discriminis inter temptationes pio-
rum & impiorum ?

Quæst. 53.

An Deus omnes istas linguis , quæ hodie-
num per totum terrarum orbem in u-
su sunt , Babylonica Confusione condi-
derit , nec ne ?

Quæstio 1.

An Deus etiam sciat eas res, quæ
nunquam fiunt?

Resp. Quæstionem est de iis rebus, quæ
nunquam facte, juxta non fiunt, nec unquam
futura sunt; sed de iis rebus, quæ qui-
dem facti non sunt, fuerunt tamen, vel fieri
adhuc possunt. Hujusmodi res, quæ fie-
ri possunt, licet nunquam fiant, Deo sunt ex-
istimè notæ, e. g. Deus probè scivit, Majores
s. Dominos in Kegila Davidem, si ibidem per-
mansisset, & viros, qui cum Davide erant, con-
clusuros, & in manus Saulis tradituros, 1. Sam.
23, 12. Sic Deo notum fuit, navigantes cura Pau-
lo non potuisse servari, nisi nautæ in navim man-
serint. Actor. 27, 51. Deo etiam cognitum & per-
spectum fuit, Ninivitas interituros, nisi pœ-
nitentiam sint acturi. Jon. 3, 4. Item Hiskiam
moriturum, nisi impensè & devotè sit oratu-
rus. 2. Reg. 20. 1. Vide Dilherrn Zeit- und Welt-
lauf pag. 183, 184.

Quæst. 2.

Cur Spiritus S. dicatur in Cantico septiformis
inunere?

Resp. Ex Esaiæ c. II. 2. ubi Spiritus S. appel-
latut

latur 1. Spiritus Domini, 2. Spiritus Sapientia,
 3. Spiritus Intelligentia, 4. Spiritus Consilii,
 5. Spiritus Fortitudinis, 6. Spiritus Scientiae,
 7. Spiritus timoris Domini. *Videatur Idem ibid.*
pag. 139, 140. Hinc Veteres peculiarem quandam
 vim, & evagynas numero septenario attribuerunt.
 Unde etiam sacer & perfectionis dicitur.

Quæst. 3.

An & quomodo Christus fuerit in lumbis
 Adami?

Vel:

Annō ex eo, quod Christus fuerit in lumbis
 Adæ, etiam reatus imputationi, perinde ut
 Adamigenæ alii, fuerit obnoxius?

Resp. Negatur Christum fuisse in Adamo
 cum peccabat, sive Adamum quæ peccatorem
 fuisse Patrem Christi. Argumenta petuntur
 1. *ex Dominio legis* Christo etiam secundum Hu-
 manitatem asserto. *Marc. 2, 11.* Si Dominus legis.
 Ergo reatu*legis* non obnoxius. 2. *ex oppositione*
 Christi sacerdotis Melchisedechiani, & Sacer-
 dotum Leviticorum, qui tanquam in lumbis
 Abrahæ, quæ peccatoris, ac ideo benedictionis
 indigo, & ad decimationē obligato, constituti,
 in Abrahamo decimati sunt: Christus non
 item. *Ebr. 7, 9.* 3. *Ex incarnationis eventuali conditione.*
 Illi dicuntur fuisse in Adamo peccatore, qui ex
 Adamo necessariō nati sunt. At Christus solum
 ex occasione peccati natus est, non nasciturus, si
 Adam non peccasset. *Dn. Dannh. hodosoph. phæ-*
nom. 8. pag. 61, 16

Quæst.

Quæst. 4.

An Christus adhuc hodie vestigia cicatricum retinuerit?

Resp. *B. Augustino* hæc opinio placuit, clavorum vulnerumque vestigia à Christo, ut sacra ipsa retineri, ostendenda in novissimo die. *Cornel. à Lap.* viginti causas adducit, cur Christus cicatrices & vulnera retinere voluerit. At in diversum abit *D. Egid. Hann.* in qq. de Pers. Christi p. 98. Quod Christus stigmata clavorum retinuit, factum id est per iniurias & dispensationes, ut hinc veritatem & certitudinem suæ Resurrectionis Discipulis comprobaret. Non sequitur autem, quod etiamnum ad dextram Dei hujusmodi clavorum vestigia retineantur. Id enim cum natura & proprietate, & plena perfectione glorificatorum corporum pugnat. Nam si nostra corpora in Resurrectione omni carebunt defectu, omni návo: quanto magis corpus Christi, quod longè maiorem gloriam etiam per Resurrectionem est adeptum. *D. Dannb. in Christosoph. Sect. 3. art. 6.* p. 269. nihil vult definire cum *D. Gerhardo barm.* p. 437. Assentire tamen videtur huic opinione in *bodosoph. phenom. 8.* p. 756. 757. cui & suffragantur multi alii Doctores, imo ipsum Compendium nostrum Theologicum *B. Hunteri l. de Extr. Jud. q. 8.* Tenenda hic distinctio inter id, quod est de fide, & creditu ad salutem prorsus necessarium: ac, quod est ex fidem.

fidem, &c. citra dispendium salutis, & affirmari
& negari potest.

Quæst. 5.

An Sanguis Christi in arâ crucis computruerit,
an in Resurrectione reassumtu suerit?

Resp. Si Sanguis ut pars integralis corporis
Iesu Christi effusus, in venas non est reassum-
tus per Resurrectionem, corpus Christi non
amplius est totum integrale. Et si non fuisset
reintegratum, quod per mortem ceciderat,
tunc non fuisset perfecta Resurrectio. Thum-
muss Majest. Jes. C. contin. p. 146.

Christus resurrexit, Sanguine ad comple-
mentum & decus corporis pertinente non ex-
clusò sed restauratò. Est enim ex Unione cum
λόγῳ etiam in mortis triduo inseparabile πί-
μιον αἷμα, λυτρωτικὸν, ἀφθονόν, ἰδεῖν Θεός,
sanguis in cœlum illatus, Actos. 20. v. 28. 1. Joh. i.
v. 7. 1. Petr. 1. v. 18. 19. Hebr. 9. v. 12. Est pars in-
tegralis ad corporis aggregati, non solum
ornatum, (ut pluma avibus, Squama pisces-
bus, pili animali, annati) sed perfectionem fa-
ciens, quâ absente homo esse nequit. Finge,
Sanguinem non esse partem hominis. Ergo
Christus nullam sui parte à B. Virgine acce-
perit, accepit enim in conceptione solum
sanguinem. D. Dantb. hodoſoph. phenom. 8.
p. 750.

Quæst. 6.

Cur auditu solo nomine Iesu genuflexio & aper-
tia

tio capit is, non item auditō nomine Dei
Patris &c. in Ecclesia haētenu s obtinuit?

Resp. Id fieri 1. quod Jesus sit nomen Redem-
ptoris nostri proprium & quidem tale, in quo
reliqua nomina omnia, ut & omnia Christi be-
neficia nobis parta, comprehenduntur. 2. quia
est nota professionis Christianismi, sicut in pri-
mitiva Ecclesia signū crucis erat Christianismi
indictum. D. Feurb. fasc. 3. disp. 6. th. 31. Nomen
Iesu est velut epitome revelationum & benefi-
ciorum totius S.S. Trinitatis, quō pronunciatō
& honoratō non ad Christum præcisē fertur de-
votio, sed ad universum nostrā salutis fontem.
Dannh. hodo soph. phenom. 8. p. 602.

Quæst. 7.

An quilibet homo suum peculiarem Angelum
tutelarum s. custodem habeat?

Resp. Veteres singulis singulos Angelos cu-
stodes associarunt. Quæ tamen opinio fundo
sacrarum literarum non est subnixa, in quibus
uni homini totæ quasi phalanges assiciantur.
Genes. 32. v. 2. 2. Reg. 6. v. 17. Psal. 34. v. 8. Psal. 91. v. 11.
Luc. 16. v. 22. Habet homo non unum, sed plu-
res sibi insidiantes Dæmones *Luc. 11. v. 26.* igitur
totidem opponendi custodes. Præcipuu s qui
pro angelo custode afferri solet locus est *Actor.*
12. v. 15. ubi de Petri insperato adventu dicebant:
Angelus ejus est. Sed incertum, an de Spiritu
cœlesti, num de nuncio homine Petri accipien-
dus.

b

dus.

dūs. Demus autem accipi de spiritu cœlesti, ex Judaica id fuerit persvassione. Syro interpreti si assurgimus (qui *in fortasse addit*) dubitativè conceptum est. Demus omnia, num ideo necessariò unus assiduus & affixus Angelus intellegendus? *Videatur Idem ibid. phænom. 3. p. 291.*

Quæst. 8.

Ubi sit cœlum Majesticum?

Resp. Cœlum Beatorum h. e. *πάντα* illud, in quo Deus gloriam suam Beatis manifestat, esse ubique, nemo nostrum dicit, sed cœlum illud Majesticum, in quo Deus habitare dicitur, nulli loco inclusum, à nullo loco esse exclusum dicimus. *D. Gerhard. Comment. in 1. Petr. 1. v. 4.*

p. 58.

Quæst. 9.

An dentur aquæ *κατεργίαις* & super cœlestes?

Resp. Esse aquas super firmamentum *Ps. 18. 8* *Ps. 148. 4.* testatur Regius Propheta David inquiens: *Laudate Eum cœli cœlerum, aquæ, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.* Origenes istas aquas interpretatur de bonis Angelis, & inferiores aquas de malis: quem Basilius refutat, & Aquinas prima parte summæ quæst. 68. art. 2. Usum earum aquarum, quæ super cœlos sunt, Psaltes ait esse, ut *magnificentiam* & gloriam Dei magnificent. Basilius concione 3. Ambrosius lib. 2. c. 3. hexaem. Damas. lib. 2. c. 9. Theodore. quæst in Gen. II. probabiliter addunt eum finem, quod supra cœlum aquæ sint collocatae *Διαγόνη* *αὐτίψυχη*.

ξι

Ex nō 24. cōxī, ut sphāræ cœlestes cēlērimō suō motu non inflamentur totus-que mundus incendiō periret. Quamvis Ambrosius illas aquas pluviarum quoque maniam esse existimet. Ac licet nonnulli multa opponant, quibus impossibilie esse demonstra-reconantur, aquas supra cœlum contineri, ta-men illis omnibus argumentis refutandis uni-ca Auguſtini ſufficit ſententia lib. 2. de Gen. ad lite-ram cap. 5. quoquo modo autem, aut quales-libet aquæ ibi ſint, eſſe eas ibi minimē dubitamus: Major est quippe Scripturæ hujus au-to-ritas, quam omnis humani ingenii capacitas. Neque conſiſtit Calvini commentum, quod a-quæ ſupra cœlum de pluviis aëre ſuperioribus accipi debeant. Nam vox נִמְלָא non *infra*, ſed ſupra ſignificat: ac licet *cœli* nomine alibi aër ve-niat, Matth. 6. hic tamen cum discretè *cœli* cœ-lorum nominetur, quibus aquæ ſunt ſuperio-res de aëre intelligi nequeunt. Vide D. Geſn. Com-ment. in Ps. 18. p. 178. & Ps. 148. p. 881.

Quæſt. 10.

An detur ſpatium extra omne cœlum?

Resp. Cum in ſpatiis imaginariis extra mun-dum nulla ſit Divina operatio, ibi quoque nul-la præſentia juxta Scripturæ ſtylum ſtatuenta eſt: contradictioni ſeſe implicat, qui Deum in ſpatiis imaginariis, quæ abſolutè nihil ſunt, præ-fentem eſſe volunt. D. Schmid. diſp. de Christi regn. potent. th. 31.

b 2

Quæſt.

Quæst. II.

Quid de infantibus τοῖς ἔχω & ἀεταπλίσοις, h.e. de infantibus Ethnicis citâ morte abreptis sit judicandum, an salvandi, an damnandi?

Resp. Hic fibula esto ac linea, ubi Scriptura, (quæ ordinem Divinum describit, non item economiam) expressè nihil definit. Quanquam quod bene de iis speremus, faciat i. analogia fidei, ex qua constat, neminem absolute reprobari, solam resistentiam actualém mediis fidei adversam damnare, cuiusmodi contumacia in illis infantibus non est. 2. Exemplum infantum Ninivitarum. Erant illi geniti extra Ecclesiam, à Parentibus Idololatris: Et tamen Dominus eos εἰλεγμον ὁ Φθαλμῶ respexit, ne perderet eos morte primâ, sed gratiam vocationis ipsorum parentibus faceret, atque parceret. Vide Danib. hodoſoph. phenom. 10 p. 1000. 1001.

Quæst. 12.

An peccata Electorum, hâc in vitâ remissa, in extremo judicio revelanda sint, nec ne?

Respondit jam olim Salvator ipse, credentes & Electos in judicium non venturos Job. 5. v. 24. Venturi quidem sunt in judicium computatorum, rationis redditiorum de talento bene collocato, absoloritorum, premiatorum; sed non in Judicium ignominiosè conderonatorum, id enim repugnat divinæ misericordiæ, ἀμυνσίᾳ, immutabilitati, affectui Judicis redemptorio & advocatorio

torio, propitiatorio, Evangelicæ in judican-
do normæ, statui Electorum glorioſo. D. Gerh.
tom. de extremo. iud. S. 64. p. 148. Dannb. 2515000 P.
Sed. 3. art. 10. p. 366.

Quæſt. 13.

An etiam ante lapſum in ſtatū integratit u-
xor fuſſet viro ſubjecta?

Reſp. inter paternas caſtigationes Evx & i-
pius fili abuſ post lapſum impositas, etiam do-
minium viri refertur. Gen. 5. 16. ex quo colligi vi-
detur, ſubjectionem illam ante lapſum non
habuiffet locum: Vicifim verò 1. Corinth. 11. verſ. 8.
inter argumenta, quibus obedientia uxoribus
persuadenda, refertur, quod vir non ſit ex mu-
liere, quodque vir caput mulieris v. 3.

Diftinguendum igitur inter obedientiam vo-
luntariam, ſuavem & concordem: ac inter ſubjectio-
nem invitam, diſſilem & moleſtam. Item inter
imperium liberum, voluntarium & jucundum, quale
fuiffe viri in uxorem etiam ante lapſum: &
inter imperium involuntarium, durum & moleſtum,
quale eſt hodie poſt lapſum. Ante lapſum
quædam prærogativa & eminentia dignitatis
fuiffet in viro, ſed tale dominum potestatis,
quale poſt lapſum maritiſ in uxores datum, &
taliſ ſubjeſtio fœminei ſexūs, qualis hodiē ob-
tinet, non habuiffet locum in ſtatū integratit
ſiquidem maritus nihil per iracundiam vel
importunitatem egiffet, nec voluntas uxoris à

voluntate mariti in diversum abiisset, sed in sancta Dei voluntate uterque quietissimè consensisset, quæ pulcherrima harmonia per lapsum misere est disrupta. *August. lib. 11. de Genes. ad liter. cap. 27. D. Gerb. Comment. in i. Petr. 3. 6. q. 5.*
pag. 338.

Quæst. 14.

Quod nam fuerit malorum Angelorum peccatum?

Resp. Plerique ex Veteribus *superbiam* fuisse asserunt. *Methodius* in *Revelat. Tom. 1. Orthodox.* p. 100. Lucifer non fuit dignior inter stantes Angelos. Is eminentiam suæ naturæ & profunditatem suæ scientiæ perpendens in suum Creatorem superbivit in tantum, quod Deo se æquare voluit *Ambrosius* lib. 10. Epist. 84. Superbia à Diabolo summis exordium, qui quoniam suâ, quam à Creatore accepérat, potentiam & dignitatem sibi placuit, sequitur autoris sui gloriæ comparavit, cum iis Angelis, quos in consensum impietatis suæ traxerat, à cœlesti sublimite dejectus est. Confer *August. lib. 12. de Civit. Dei* cap. 1. lib. 11. *de Genes. ad lit. cap. 13. Fulgentium* lib. 1. ad Monimum pag. 38. *Renuchinum* in q. 10. *Athanassii. Lutherum* in *Comment. Gen. 1. Ludovicum Vivem* in lib. 12. *Augustini de Civ. Dei* cap. 6. &c.

Hanc sententiam probant ex *Job. 41. v. 25. Esa 14. v. 12. Ezech. 28. v. 12. Tob. 4. v. 14. Syr. 10.*

v. 14.

v. 14. *Luc.* 10. v. 18. 1. *Timoth.* 3. v. 6. *Apocal.* 12. v. 7. & ex antiquo Diaboli ingenio. Quia Diabolus primos parentes ex concretae felicitatis gradu deturbavit, venenum superbiz illis afflando, ut æqualitatem cum Deo in sapientia affectare auderent, & adhuc hodie omnibus Adꝝ posteris superbiam instillare conatur, ex eo probabiliter colligitur, etiam ipsum per superbiam è felici suo statu decidisse. Scit enim, Deum sui perpetuò esse similem ac proinde similia peccata similiter puniturum. *Vide D. Gerh.*

Comment. in 2. Petr. 2. v. 5. q. 4. p. 293.

Quæst. 15.

In quo autem sita fuit illa superbia malorum Angelorum?

Resp. Superbiā illam Luciferi ac malorum Angelorum quidam in eo sitam fuisse censem, quod sibi in sua pulchritudine & excellētia nimis placuerint; alii in eō, quod noluerint pendere à Deo, sed sibi vivere & sufficere; alii in eō, quod voluerint beatitudinem sibi arrogare, suisque eam, non Dei viribus assequi; alii in eō, quod voluerint ceteris Angelis præferri, & nulli omnino subesse; alii in eō, quod ambiverint Unionem hypostaticam Verbi, ut illa uni ex Angelorum ordine, puta Lucifero suo principi conferetur, non homini alicui, puta Christo. *Suarez.* lib. 6. de Angelis cap. 18. n. 13. *Lorinius in 2. Petr. 2. v. 5.*

Sed enim cum ex allatis Scripturæ dictis dire-

b 4

Etè

Etè & apodicticē probari nequeat, superbiā fuisse malorum Angelorum peccatum, ideò τὸ
 ἐπεχειν h̄c amplectimur, pr̄fertim quando in
 specie quæritur, in quo formale objectum & propria
 ratio illius superbiz̄ constiterit. Irenaeus lib. 2.
 cap. 49. causam lapsus Angelici neque scri-
 ptura aliqua retulit, neque Apostolus dicit,
 nec Dominus docuit. Autor libri de mirabil.
 Scripturæ apud Augustinum lib. 1. cap. 2. Ange-
 licum vulnus verus Medicus qualiter factum
 sit, indicare noluit, dum illud postea curare
 non destinavit & qualiter sit ejectus per sen-
 tentiam vindictæ, reticuit, quem per pñni-
 tentiam nullō modō revocavit. Apostolus Pe-
 trus 2. cap. 2. v. 5. uti etiam Johannes 1. cap. 3. v. 8.
 generali verbō αἰματινὸν lapsum Angelicum
 describunt, ex quō colligitur, quod legem à
 Deo creatore sibi propositam fuerint trans-
 gressi, quia πνευμὸν ἡ αἰματικὴ ἐστὶν αὐθούσια. Christus
 Joh. 8, 44. dicit, quod non steterit in veritate,
 ubi per Veritatem intelligitur tum *vera bonitas*,
 sanætatis, justitia ac concreata Naturæ integri-
 tis, ex quâ veritatis amor exortus: tum *felicitas*
 concreata, in utrâque enim non stetit, sed ab
 eâ in culpam & miseriam prolapsus est. Judas
 in Epist. sua v. 6. de Diabolis dicit, quod non
 servaverint τὸ ἔαυτὸν δέκανον, sed reliquerint su-
 um οἰκητήριον: in quo dicto describitur lapsus
 Angelorum, primò διαφανῶς ac negative,
 quod non servarint suam δέκανον. Per il-
 lam

lam quidam intelligunt originem ac principium ut sit sensus, non servaverunt originalē mū
suam conditionem, suam justitiam & bonita-
tem concretam: quidam dignitatem ordinis,
ut innuatur, ex præstantioribus quoque An-
gelis non paucos apostatasse, unde Apostolus
inter malos Angelos statuit principatus & po-
testates *Ephes. 6. v.12.* *Occumenius* & alii accipiunt
de principatu cœlesti, quod respiciens *Lutherus*
vertit, Sie haben ihr Fürstenthum nicht be-
halten. Sunt quidem adhuc inter Angelos
malos *ἀρχαί*, sed *infernales*, non *cœlestes*; qui-
dam simpliciter sic exponunt, defecerunt per
superbiam à Principis sui Dei debitâ subje*ctio-*
nē. Secundò *καὶ Πατρῶς* & affirmative, quod re-
liquerint suum *οἰκητήριον*. Quidam illud ac-
cipiunt de *domicilio cœlesti*, sensu eō, quod ob
crimen *λεῖψα Majestatis Divinæ* pristinum
suum domicilium relinquere fuerint coacti.
Sed quia de pœna lapsūs in verbis seqq. de-
mum agitur, ideo rectius accipitur hoc modo,
quod cum priūs fuerint exercitus cœlestes à Je-
hovahZebaoth in certâ statione collocati, trans-
fugæ facti illam deseruerint. Posset etiam *οἰκη-*
τήριον accipi de *Deo ipso*, à quo per peccatum
defecerunt. Ut Deus in ipsis voluit habitare
per gratiam & intimam præsentiam: Sic debe-
bant etiam ipsi in Deo habitare per promtam &
constantem obedientiam. Sed hoc *οἰκητήριον*
deseruerunt, à Deo Creatore turpiter aversi.

b 5

D. Gerh.

D. Gerb. Comment. in 2. Petr. 2. v. 5. q. 4. p. 203.
204. 205.

Quæst. 16.

Quare Deus Angelis peccantibus non pepercerit, cum tamen hominibus pepercerit, ac de Redemptore illis prospexerit?

Resp. Pii Veteres varias afferunt rationes, sed quæ non sunt æqualis roboris. 1. Quia homo peccavit ex fragilitate & infirmitate, Diabolus ex malitia. Iren. lib. 4. cap. 78. p. 313. Damascen. lib. 2. orth. fid. cap. 3. Cassianus Collat. 4. cap. 3. dicit, Angelus ob summam mentis perspicacitatem plenâ voluntate peccavit. 2. Quia homo ab alio seductus & persuasus peccavit, Diabolus verò nullô instigante, sed propriâ voluntate. Iren. lib. 3. cap. 33. p. 222. Gregorius lib. 4. moral. cap. 10. & lib. 9. cap. 36. Anselmus lib. 2. Cur Deus homo cap. 36. lib. 4. cap. 19. Bernhardus serm. 1. de Adventu. 3. Quia in homine peccante erat carnis substantia, in Angelo spiritualis natura. Gregorius lib. 4. moral. cap. 9. 4. Quia in Angelorum lapsu non tota Angelica natura periit, at primo homine peccante tota Natura humana periret. Ne ergo totum genus humanum periret, Divina misericordia remedium exhibuit, Chrysost. homil. 1. de Adam & Eva. Augustinus vel quicunque alias autor in Enchir. cap. 29. 5. Quia omnia propter hominem condita, ideo noluit Deus hoc opificium suum à Diabolo destrui. Theodoret.

lib.

lib. 6. de div. provid. 6. Quia si homo penitus interiret, propter quem hic aspectabilis mundus conditus est, non posset reparari per aliam Naturam rationalem, quæ fortassis inferior quam humana, condi nequit, potuit vero rui-
nas Angelorum homo replere *Anselm.* lib. 1.
Cur Deus homo cap. 16. & 17. *Alcuinus* procem.
lib 3. de Trin. 7. Quia minus decuit, destructo-
res humanæ Naturæ ex directo, quo Deum
prosequebantur, odio in gratiam redire cum
ipso, quâ ipsâ de re ne se nimium efferrent, pla-
cuit homines liberare. *Athanasius* de Incarnat.
Leo Serm. 2. de Nativ. 8. Quidam ex recentio-
ribus addunt, quod hâc ratione plus præstatum
humanæ Naturæ quam Angelicæ; quia plu-
res Angeli servati sunt, ne caderent, pauciores
cadere permitti sunt; homines vero plures
pereunt, pauciores salvantur. In eo tamen Na-
tura humana præ Angelica honoratur, quod
Filius Dei non Angelos sed semen Abrahæ as-
sumferit *Ebr. 2. v. 6.* Præstat gratô corde Dei Φι-
λιανθεωπια in remedio generi humano præsti-
to agnoscere, quam profunditatem Divino-
rum Judiciorum curiosius extra Verbi limites
crutari. *D. Gerhard.* Comment. in 2. Petr. 2. v. 5.
q. 5. p. 205, 206. *D. Krum.* controvers. p. 306.

Quæst. 17.

An post Creationem dentur *éonaisa?*

Resp. Scholastici quietem diei septimæ, quia
Deus ab opere Creationis cessavit, sic interpre-
tan-

tantur, quasi Deus ab eo tempore nibil prorsus novi considererit. Sed refellitur Scholastico-rum opinio Ps. 104. v. 30. ubi Psalmographus dicit: *Emittes spiritum tuum & creabuntur, & ren-
vabis faciem terra.* Ubi audimus, quod Dei spi-
ritus, qui ab initio aquis incubabat, eisque vi-
talem virtutem inspirabat, res subinde creare
& producere, animantium generationem con-
tinuam facere, & quotannis pulsa hyeme, gra-
mina, herbas, stirpes, arbores novis quasi ve-
stibus induere, atque ita totius naturæ faciem
renovare soleat. Sic Christus Joh. 5. ait: *Pater
meus adhuc operatur, & ego operor.* Sap. 11. v. 19. fit
mentio ~~vers. 17~~, manus enim Dei nondum ab-
breviatata Esa. 59. v. 1. Quis proinde Dei cessa-
tio erat operum præcedentium, non inhibitio
sequentium. Quievit enim, ut textus ait, ab
operibus, que fecit; non ab iis, que facturus
era. D. Gess. Comment. in Psal. 104. v. 30.
p. 720.

Quæst. 18.

An mundus secundum substantiam, an verò
secundum qualitates si interitus?

Resp. Afferimus prius, quod ipsum multis
comprobatur argumentis à D. Gerb. tom. 9. lo-
cor. tract. de consumm: seculi §. 39. & seqq. qui
tamen monet dicto tractatu §. 37. & 38. nos non
diffiteri, quod multi ex piis Veteribus conce-
dant in eam opinionem, quod mundus duntaxat
et noluntur, sit immutandus, non autem *naturæ*

sciat

scias interitus; ac proinde sententiam de finali mundi Φιορᾶ non defendi à nobis, ut arculum fidei, ad salutem scitu ac creditu simpliciter necessarium, sed emphaticis scripturaz dictis illam magis conformem à nobis judicari; Monet & illud, non debere hæreseos dicam scribi, illis, qui in reliquis orthodoxiam secuti, mundi interitum per ἀλλοίων describunt, multos etiam ex nostris in hâc quæstione male ἐπέχειν & futuraz experientiaz sive eventui rem committere, quam temerè certi quippiam determinare, quin & quosdam ex nostris statuere, quod qualitatum duntaxat immutatione mundus sit interitus. Sententiaz huic nostraz de substantiali mundi Φιορᾶ contradicunt plerique Pontificii, quidam tamen ipsorum nostraz assurgunt sententiaz, ut ostendit D. Gerh. de tract. §. 47.

Qui statuunt mundum nat³ scias interitum, Regis Davidis potissimum testimonio nuntiuntur, Ps. 102. v. 26. cœli peribunt, tu autem persistas: Omnes ut vestimentum consumentur, & sicut indumentum permutabit eos, & mutabuntur. David enim, inquiunt, hoc loco prædictit mundum funditus peritum. Nam principio ait, cœli peribunt: quod verbum non ἀλλοίων & mutationem, sed abolitionem denotat. Deinde adhibet verbum בָּלְהָ quod vetustate atteri & corrupti, tandemque aboleri & in nihilum redigi, significat. Nam inde est particula negandi נihil,

nihil, quod nequaquam est. Adhac interitu mundi comparat corruptioni vestium quæ atteruntur, prorsusque conficiuntur. Præterea similem esse dicit mundi destructionem mutationi vestium, quando nimisrum vestis aliqua deponitur & abjicitur, & alia inducitur. Nam **רָחַם** & **מְלֹאת** de mutatoriis vestibus Gen 45 v. 22. usurpat, ut erat consuetudo apud Orientales. Atque hanc quidem sententiam alia quoque Scripturæ testimonia luculentissimè comprobant. Nam Christus Matib. 24. inquit: *cælum & terra peribunt.* Petrus 2. Epist. 3. per adventum Domini cœli conflagratione dissoluentur & elementa ab ardore colligescere. Apocal. 20. *Afacie Judicii fugit terra & cœlum, & locus eis, non est amplius repertus,* i. e. in vita æterna nulus erit locus crassio huic cœlo, quod nunc supra est: Sed erit *cœlum* plane aliud & novum, spirituale; sicut corpora quoque nostra futura sunt spiritualia Esa. 65. 66. 2. Petr. 3. Esa. 51. Alii tamen contrarium defendunt & censem, mundum non abolitum iri secundum substantiam, sed immutatum solummodo *juxta qualitates.* Atque hi suam sententiam è Petri testimonio depromunt. Nam Petrus ultimam conflagrationem mundi confert cum cataclysmo. Sic enim ait, 2. c. 3. v. 6. *Mundus qui iunc erat, ἀπώλειο, interiit per aquam: cœli autem qui nunc sunt & terra verbo Dei reservati sunt igni in diem iudicij & interiens impiorum hominum.* Ubi quidem Apo-

Apostolus diluvio dicit mundum interisse, cum non prorsus abolitus, sed aquis solummodo pars ejus, terra nimirum corrupta sit. Deinde vero ibidem Petrus ait: cœli inflammati dissolventur, & elementa exusta colliguntur. Quæ verba ejusmodi interitum describunt, qualis est poculi alicujus argentei, aut alterius vasis metallici, quod in ignem conjectum liquatur, non autem in nihilum redigitur. Præterea adserunt sententiam Pauli Rom. 8. dicentis: *Creatura subjecta est vanitati, & ipsa ēλθεται liberabitur à servitute corruptionis in libertatem gloria filiorum Dei.* Hic ēλθεται, non autem πανολεθεια fit mentio. Nonnulli etiam, Augustinus quoque, locum i. Corinth. 7. χῆρα hujus mundi peribit, adhibent; quod, quam firmiter ipsi viderint.

Ad rationes Psal. 102. respondent: Vestem quidem atteri & consumi, sed non in nihilum redigi: atque ita quoque mundum penitus equidem conflagraturum, sed à matraria verbo omnipotente Dei mirabiliter superstite novum formatum iri. Pristinam item formam, totumque οὐσημα mundi, quale nunc est, in usum animalis vitæ creatum, tunc ita abjectum, ut vestis mutatoria seponitur, novumque planè & nobis omnino incognitum habitum ruderibus ejus per ignem excoctis Divinâ virtute induitum iri. Nec concedunt, quod vel intercundi vel abolendi verbum,

sem-

semper denotet *essentiae* *devastationem*, quâ res in
nihilum redigatur; licet *formæ* *essentialis* *abolitionem*
significare largiantur. Ita enim & ipfi cen-
sent, mundum non modò *qualitatibus* immuta-
tum, sed etiam hâc crassâ *formâ* *essentiali*, quam
nunc gerit, privatum iri.

Eodemque pacto respondent ad dictum
Christi Math. 24. & ad sententiam Johannis
Apocal. 20. nec non *Esaïæ* & si quæ sunt alia,
quod videlicet illa omnia loquantur de *habitu*
mundi presentis, qualis nunc est, non autem de
materie quoque *ipsius annihilatione*. Et *Augustini*
fanè, multorumque tum Veterum tum recen-
tiorum orthodoxorum hâc est sententia, quam
Lutherus quoque in *commentario posterioris*
petrinæ, *Brentius Math.* 24. *Rom.* 8. 2. *Petr.* 3. si-
bi placere ostendit.

Augustinus in libro de Eccles. dogmatibus
cap. 70. ita scribit, Elementa, id est, cœlum &
terram non credamus, abolenda per ignem, sed
in melius commutanda : Figuram quoque
mundi, id est, imaginem, non substantiam
transfuturam. Idemque pluribus inculcat lib.
20. de civit. Dei cap. 14. 16. 18. 24.

Origenes lib. 1. de principiis c. 6. si mutabun-
tur cœli, utique non perit, quod mutatur, etsi
habitus mundi transit, non omnimoda exter-
minatio vel perditio substantiæ materialis
ostenditur, sed immutatio quædam fit qualita-
tis atque habitus conformatio.

Hiere.

Hieronymus in 22. cap. Matth. cœlum & terra
transibunt immutatione, non abolitione sui.

Theodoreetus in Ps. 102. sic commentatur: O.
mnia, quæ cernuntur, senescent, vestimento-
rumque vetustatem imitabuntur. Tu autem
ipsa mutabis & renovabis, & immortalia pro-
mortalibus facies: & prolixius eandem sen-
tentiam repetit in commentario cap. 8. ad Ro-
manos. Hanc sententiam etiam fovent *Theo-*
phylactus, Chrysostomus &c. In hoc sententiarum
& rationum conflictu atque divertio non est
facile statuere, utra sit certior & firmior. *Augu-*
stinus dicit: differenda sunt quædam in cœle-
stem Academiam. Item: Melius est dubitare
de occultis, quam litigare de incertis. Nos
autem illud agamus, ut immaculati & incon-
taminati ab illo reperiamur 2. Peir. 3.

Quaest. 19.

Qualis futurus sit ignis illius *πανολέθεος*, quō
tota mundi machina in die judicii con-
flagrabit?

Reip. *Scholastici* multis disputant 1. de ignis
illius naturâ & conditione, an futurus sit ele-
mentaris, an vero prorsus novus ac supernatu-
ralis. 2. de ignis illius origene & generatione.
3. de ejus effectis & operatione. 4. de tempore
ac duratione. Atqui *disputationes* illæ 1. magis
sunt *curiosa* quam *fructuosa*, 2. nec ex sacrarum
literarum fundamentis, sed ex humana ratio-
nis prædicamendis argumenta illa petuntur,

c

qui-

quibus eas definire satagunt. Nos cum *Augustino* dicimus lib. 20. de C. D. cap. 16. Cujusmodi ille ignis, & in qua mundi vel rerum parte futurus sit, hominem scire arbitramur neminem, nisi fortè, cui Spiritus Divinus ostendit. *D. Gerhard.* Comment. in 2. Petr. 3. v. 13. q. 5. p. 416. Enormis est audacia *Bened. Justin.* in comment. super 2. Pet. 3. pag. 497. scribentis: Quamvis neget Augustinus, ejus procreationis modum ab ullo mortalium cognosci posse: illud tamen affirmari potest, divinâ vi ac potestate procreandum: dixi autem alibi, quānam ratione facile produci queat, vel deje&tū ignis elementaris, vel ex incendiō radiorum Solis in hāc media aēris plaga excitatō, coēuntibus validissimis, ac densissimis radiis, ut in chalybeo & concavo speculo fieri solet, vel aliā quāpiam ratione Deo nota, ut olim quinque urbes incendio cœlitū missō conflagrarent. Vide etiam *D. Dannh. hodo-*
Soph. phænom. 12. pag. 1476. 1477.

Quæst. 20.

In quō locō vel mundi parte extremum Judicium sit futurum?

Resp. De loco Judicii anxiè disputatum, in que valle *Josaphat* ab allis ille quæsusitus cujus opinionis ratio petita ex *Joel.* 3. v. 2. Et congregabo omnes gentes, & descendere faciam eas in vallem *Josaphat*: & judicium subibo cum eis ibi super populum meum.

Plu-

Plurimi autem cum Chaldeo interprete vocem
 יְהוָה Josaphat appellative accipiunt. D. Ca-
 lixt. de Extr. Jud. pag. 106. statuit, Christum
 ad hanc hæmisphæricam mundi partem, in qua
 Ipse natus, peregrinatus & mortuus est, in qua
 homo creatus, & major hominum pars vixit,
 redditurum: & ibid. in suprema aëris regione, ut
 ab universis conspicatur, sine dubio consistet
 deorsum Palæstinam, & ipsam urbem Hierosolymam
 versus. Id quod in medio relinquimus.
 Hinc omnia Altaria in Templis versus Orientem
 erecta, & mortui sic sepeliuntur, ut capitibus
 Orientem versus respicere possint.

Quæst. 21.

Quid statuendum de Judæo immortali vivo ac
 oculato Messia nostri teste?

R. Celebris nostri seculi Historicus Joh. Clu-
 ver: epit. hist. de Judæo hoc immortali vivo ac
 oculato Messia nostri teste memorat p. m. 159.
 cuius verba hæc sunt: Habebant & Anno 1604.
 in sermonibus rem plerisque incredibilem Sa-
 xones nostri: Nimirum commeare per urbes Ju-
 dæum quendam immortalem, qui ob injuriam
 olim Christo crucifigendo factam perpetuæ us-
 que ad extremum diem oberrationis esset da-
 mnatus. Visa & nobis res portentoso mendacio
 affinis, quamquam ille à quibusdam eruditis ex-
 aminatus pœne fidem miraculo fecit. Id vero
 constat ex Matthæo Pariso, ante quadringentos

annos eundem sermonem p̄cne toto orbe frequentatum. Ait enim Historiographus, Janitorem fuisse Pilati, initio *Chartophilum* nomine, qui postea ab Anania baptizatus, *Josephi* vocabulum sumserit. Hunc cum extraheretur praetorio Dominus Jesus, pugno Eum impulisse, irridentemque dixisse: *Vade Jesu citius, vade, quid moraris; respicientem severo vultu Dominum, respondisse, ecce vado, & tu expectabis donec veniam.* Itaque exactis centum vitæ annis, gravi perculsum ægritudine Josephum, & exstasim passum: inde velut redivivum integris plane viribus quies Christo paciente fuerat, centesimo quoque anno in eandem valetudinem revolvi. In Armenia ut plurimum versari hominem, ac fuisse in Anglia Episcopos Armeniorum, qui interposito jure jurando, rem sibi exploratam, virumque familiarem esse, confirmarunt. Res digna memoratu, & si vera est, ingens Christianismi adversus infideles testimonium. Vide D. Dannh. *XVI* 500 Q. Sect. 3. artic. ult. p. 415. 416.

Quæst. 22.

An Sagæ possint converti & salvari?

Resp. Sagæ diabolo fœderatae per sanguinem scriptiōnem, si resipiscant, Deo reduniuntur, ex fœderis virtute (fœderatione Satanica) priori, ac præalentiori. Hinc votum Baptismale omni alio firmius. Hinc Lub. Tom I. Lat. p. 340. f. 2. Verum inquit est, nullum neque gravius,

us, neque melius, neque etiam majus esse Votum, quam Baptisimi D. Dannh. hodosoph. phæn. 10. pag. IIII.

Quæst. 23.

An veneficæ tempestates ciere possint?

Resp. Frequens est hæc quæstio, utrum veneficæ, quas empusas, lamias, mormolycias, strygas, nuncupant, suis incantationibus & veneficiis tempestates ciere queant. Poëta qui-dem affirmat in sua Pharmaceutria:

Carmina vel celo possunt deducere lunam,

Carninibus Circe socios mutavit Ulyssis.

Cum quo consentiunt reliqui, *Theocritus idill. 15. Aristoph. in nebulis Hom. Odyss. 10. Tibullus lib. 1. eleg. 8. &c.* Et sacrificio, inquit *Valerius*, solenni ritu ostentorum ac fulgurum denun-ciationes procurantur. Hanc artem *Etrusci* multum exercuerunt & Romanis Numa Rex tradidit.

Videatur *August. lib. 10. de Civit Dei. c. 16. Luca-nus lib. 6. Ovidius in Metamorph. de Medea. Virgil Æn. 4. de Dibono. Apulejus in Apologia. Plin. 2. c. 53. Seneca in Hippolyto. Juven. Satyr. 6.* Et de *Lapponibus* in *Norvegia* commemoratur, quod cum dæmonibus commercium habeant, inque barba tres nodos complicatos gerant, unoque solutô sequi ingentem in mari tem-pe-statem; Si verò alterum quoque explicit, concitari fluctus multo majores; quod si deni-

que tertium etiam aperiant, cœlum terræ miseri. Et communis fama est, vetulas aliquando suspendere pluvias, nonnunquam gravissimas tempestates ciere.

Sed ex Scripturæ testimoniis Job. 36.37.38. Ps. 18. Jer. 10. &c. satis luculenter apparet, quod in solius Dei manu sint tempestates; & quod Diabolus nihil tentare audeat absque permisso Dei, id ex Hiob cap. 1. & Apocalypsi cap. 7. & 8. manifestum est. Quod itaque benefici eam potestatem habeant, ut possint tonitrua concitare, id planè verbo Dei est contrarium & superstitione anili plenum. Id vero dubium non est, diabolum homines sibi devinetos miris modis ludificare; idque duobus porissimum modis persequitur. Alias enim cum à Deo facultatem impetravit, ea mala, quæ ipse patraturus est, prænunciat; alias pro sua astutia & sagacitate imponentes tempestates prænoscit, easque significando per impudentissimum mendacium sibi adscribit, quæ omnipotenti Deo & Naturæ tribuendæ erant. Videatur D. Geßn. Comment. in Ps. 18. p. 176. 177. 178. ubi plura.

Quæst. 24.

Utrum nix, pluvia, venti, procellæ, fulmina, fulgura statim ab initio mundi à Deo creata, an postea demum producta fuerint?

Resp. ad hanc quæstionem duplici distinctione respondendum est. Primum enim creatura Dei

ræ Dei aliæ sunt, quarum individua Deus in
 prima creatione produxit; iisque vim & fa-
 cultatem generativam s. prolificam indidit, ut
 similia de se procrearent, & ita speciem suam
 conservarent: & hæ quidem actu in primis
 individuis extiterunt tempore creationis.
 Aliæ verò Dei creaturæ sunt, quæ non ita ex in-
 dividuis suæ speciei per dūnam successivè & per traducem generantur, sed ex
 elementorum vel corruptione & putrefactio-
 ne, vel varia compositione oriuntur; & hæ
 quidem productis elementis potentia & facul-
 tate inerant. Ex hoc ordine sunt nubes, plu-
 via & reliqua omnia meteora. Quæ enim ho-
 die sunt nubes & meteora, certè ante mille an-
 nos non fuerunt, neque per vim seminariam
 & prolificam à primis illis nubibus tanquam à
 parentibus sunt productæ, sed de novo è terræ
 vaporibus ortæ. Cum igitur in historia crea-
 tionis Gen. 1. & 2. nulla fiat pluviarum men-
 tio, nulla nivis, grandinis & reliquorum, neque
 ullus alias etiam Scripturæ locus id asserat, sta-
 tuendum est, hæc meteora in primâ creatione
 non actu ipso sed potentia fuisse: Id quod præter-
 ea tali ratione tum ex Psalm. 18. tum ex Hiob.
 cap. 38. 22. ubi grando, nix & reliqua, nomi-
 nantur arma Dei, parata ad diem conflictus &
 prælia, probatur. Armis non nisi hoste præ-
 sente opus est. Neque enim Deus ita, ut nos
 miseri, imbecillis & tardus est, cui necesse sit

ante prælium arma parare; quasi non illicò & arma fabricari, iisdemque omnipotentem suam manum simul instruere & accingere possit. Nullus autem erat in prima creatione & ante peccatum hostis, cum omnia essent valde bona. Ergo nec armis tunc opus erat; sed imbræ vehementes, grado, fulmina & reliqua sunt arma & tela Dei, sicut ipse Deus, ut jam dictum est, apud Jobum affirmat: *Num quid ingressus es thesauros nivis aut thesauros grandinie appexisti, quæ retinui ad tempus angustia, in diem confutatiōis & prælii?* Ergo licet & vici in elementis causæ horum meteorum à principio inerant, ipsò tamen actu nondum existebant.

Altera distinctio talis est, quod nimurum discernendum est inter nubes & meteora, quæ è nubibus prorumpunt. Nubes fuisse à principio, id tum Scripturæ testimonio, tum ratione constat. Nam Gen. 1. in opere secundi diei Deus creat firmamentum quô dirimuntur aquæ supra cœlum ab aquis infra firmamentum. Hinc patet, nubes quidem fuisse à principio: neque tamen illas ipsas quæ hodie sunt, primitus fuisse, vel hodiernas vèluti ex semine primarum ortas. Pluvias autem & meteora non fuisse, scriptura quoque comprobat Gen. 2. quæ diserte post absolutum jam creationis opus asserit Deum nondum pluuisse super terram, sed vapore humido terram irrigasse, ne calore solis aresceret, & ut stirpes ac herbae

herbz nutrimentum haberent. Videatur Idem
ibidem pag. 178. 179.

Quæst. 25.

An quidam in diluvio extra arcam positi &
quis submersi seriam egerint pœnitentiam,
& salutis æternæ participes facti fuerint?

Resp. Pererius statuit, omnes, qui in diluvio
suffocati fuerunt, in infernum demersos esse,
exceptis solis infantibus, qui Sacramento illius
temporis renati fuerint, idque colligit ex eo,
quod de solo Noah Spiritus Sanctus comme-
morat, ipsum in generatione illa fuisse justum
Gen. 6. v. 9. cap. 7. v. 1. 1. Pet. 3. Lorinus in h. l. Gra-
tis videtur admitti aliquorum pœnitentia in-
ter eos, qui diluvio submersi. *ibid.* Non possu-
mus divinare, aliquos egisse pœnitentiam.
Et postea. Sequenti Epistola capite 2. idem re-
petitur simul cum interitu Sodomitarum &
Angelorum, qui videntur omnes periisse.
Quidam id probant ex eo, quod conservatio-
nen tempore diluvii Petrus hic proponit ut
typum spiritualis conservationis ad vitam
æternam, eamque solis illis, qui in arca fuerunt,
tribuit. Contra verò *Chrysostomus, Hieronymus*
& alii rectius statuunt, non solum *infantes* sed
etiam *aliquos adultos*, cùm aquarum incremen-
tum quotidianum viderent, concionis Noai-
ticæ recordatos veram pœnitentiam egisse, ac
supplicium æternæ damnationis effugisse
i. Quia perpetuæ & immote veritatis est ora-

culum Propheticum, *Esa. 55. v. 11.* *Verbum, quod, egreditur ex ore meo, non revertetur ad me vacuum.*
 2. In poenis publicis & universalibus ita contingere solet, ut quidam, videlicet illi, qui pœnitentiam agunt, carnis interitum sustineant, ut spiritus eorum salvus fiat, *1. Corinth. 5. v. 5.*
 3. *Chrysostomus* monet, Deum ex misericordia non simul & semel, sed per dies quadraginta pluviam demisisse, ut homines adhuc haberent spatium conversionis. 4. Sicut non omnes, qui corporaliter in arca servati, salutem æternam sunt consecuti; fuit enim in arca impius Cham; Sic non omnes qui fuere extra arcam corporaliter puniti, morte æternâ sunt damnati. Vide *D. Gerhard. Comment. in 2. Petr. 3. pag. 490. 491.* ubi plura.

Quæst. 26.

Cur secunda Persona S. S. Trinitatis, Filius
Dei non prima aut tertia incarnata,
fuerit?

Resp. Rationes reddi solent istæ; ut 1. qui Filius Dei ab æterno fuit, fieret Filius hominis in tempore. 2. Ut qui filius naturalis esset, faceret adoptivos. Ut 3. per quem omnia facta sunt, ea quæ defecerunt, reficerentur, ac per imaginem Dei ad amissam imaginem reformarentur deformati. Ut 4. quæ media persona est in Trinitate, etiam mediatrix esset officio. *D. Dannh. hodoſoph. phænom. 8. pag. 613.*

Quæst.

Quæst. 27.

An Christus etiam fidem habuerit, & qualem fidem habuerit?

Resp. *Speciali fide*, quam dicimus *justifican-*
tem. Christus caruit, quia *justificatione* Ipse
non eguit, sed Author extitit *Justitiaz coram*
Deo valentis; *Fidem autem generalem*, quæ con-
sistit tam in notitiâ, quam in fiducia, Messias
habuit, diversô licet à nobis modô. Nam no-
titia Mysteriorum in ipso non erat ænigmati-
ca, sed clara & perfectissima, *Colos. 2. v 3.* Fidu-
ciam quoque Eisdem planè non defuisse, vel ex
Ps. 16. v. 1. appareat, quoniam Patri suo ex toto
corde est confisus: *Quamvis illa non respexerit*
justificationem, *sed potius defensionem, resuscitationem*
& exaltationem. Atque sic secundum Humani-
tatem creditit, tum per notitiam Deo ejusque
verbis, quæ à Patre audivit, tum in Deum per
fiduciam, quam exinanitionis tempore in illo
habuit repositam. D. Walth. Harmon, Bibl. in
Ps. 16. v. 1. pag. 506. 507.

Quæst. 28.

An Christus Salvator etiam possit vocari salva-
 tus?

Resp. *Messias noster Zachar. 9. v. 9.* vocatur
 in *Fonte γεν̄salvatus*, non autem quasi ipse
 ut Deus & in sese salute, aut conservatione ali-
 unde opus habeat, sed 1. quia operis perfectio
 in operantem redundat, 2. quia ipse respectu
 sui

sui quodammodo *servans* dicitur, quoad huma-
nam naturam. 3. Quia spirituali salute servatur
in membris suis. Respectu nostrum verò est &
manet Salvator, quippe quos ex peccatis libe-
rat *Esa* 43. v. 3. Obiter notandum contra *Judeos*, *Paraphrasin Chaldaam* hoc loco *Zachariz* le-
gere *actuum נָפְךָרֶת* quod est *Salvator ipse*, simi-
literque *LXX.* σωζων. *D. Walkh.* harmon. Bibl.
super h. l. p. 753.

Quæst. 29.

An ex astris futura certo possint prævideri ac
prædici hominibus? Vel, an themata Ge-
nethliaca erigenda sint?

Resp. Princeps Philosophorum l. 2. de Gener.
& corrupt. c. 10. testatur, magnam, immò admiran-
dam esse vim & efficaciam astrorum, ut etiam
generationum ac corruptionum sibi invicem
succedentium varietatem inde pendere sta-
tuat. Idem hâc in re alii sentiant *Physici* atque
Astronomi. Verum hâc nobili ac præcellentí o-
peratione minus contenti *Astrologi*, quos Græci
Αποτελεσματικοί vocitant, quæ vox Latio do-
nota, *Judiciarios* sonat, qui longè majorem, ne
dicam superstitionem, virtutem stellis affinge-
re tentant, dum palam adstruere non erubef-
cunt, se posse ex cœli constitutione, & posuū astrorum,
qui existit ipso, quō infans nascitur, momentō, certo
prævidere & prædicere, qualinam modō natus infans
futurum sit constitutione corporis, quā finitur & ha-
bitu,

bitu, an ingenio solerti & sagaci, an vere stupidò minusque acri; an itidem facundus & moribus politus; an principibus charus; num artibus liberalibus sit daturus operam, aut opificio cuidam; cœlibemne an sociam sit visturus vitam; uxorem an formosam, vel deformem sit duxtrus; an divitem vel inopem; an habitus liberos fortunatos, vel infortunatos; & tandem, quoniam genere morbi mortisque sit finiturus viam.

Quæstio igitur oritur inter istos & naturalis scientiæ Doctores, an ista omnia certò possint prænosci ac prænunciari, ut isti jactitant? *Eusebiano pro parte affirmante triplici potissimum argumentorum genere uti solent.*

I. Afferunt dicta Scriptura sacra, & sententiam suam munire satagunt 1. dicto Gen. 1. v. 14. *Creatum Jehova duo luminaria magna, ut sint in signa, h. e. uti illi exponunt, ut per varios aspectus variisque conjunctiones, oppositiones &c. futura hominibus indicarent.* Hinc dicunt: licet si dera non sint causa futurorum eventuum, tamen eorum sunt signa. 2. Christi Salvatoris nostri verba proferunt, qui apud Math. c. 16, 2. ita loquitur; *facto vespere, dicitis, serenum erit, rubicundum enim est cœlum: & mane, hodie tempestas, ruitat enim cœlum.*

II. Deinde ratione utuntur physica. Nimirum stellarum positu & situ gubernari & variari temperamenta, ex temperamentis inclinationes existere

ster, ex inclinationibus autem mores & actiones provenire. Quod autem mores proveniant ex temperamentō, cum Philosopho Galenus attestatur.

III. Denique exemplis id munire nituntur & stabilire. Primum est, quod quidam Astronomiæ Judicariæ peritus Agrippinae matri Neronis, Tyranni istius nefandi & execrandi, jam jam parturienti, prædixerat, natum istum, quem partitura esset, potiturum quidem potestate Imperatoriā, sed contrā efferatæ atque immanis saevitiae Tyrannum futurum, qui & ipsi matri manus inferre violentas non sit reformidatrus; cui mater fertur respondisse: *Necet, modo imperet.* Eventus etiam, ut historiæ testantur, exactè Vatis prædictioni respondit. Secundum est, quod Suetonius de Domitiano Imperatore narrat, admiratione dignum; Ascleptarionem Mathematicum, scribens, delatum, nec insificantem, jaçuisse se, quæ prævidisset ex arte, sciscitatus est, quis ipsum maneret exitus; & adfirmantem fore, ut brevi laceraetur à canibus, interfici quidem sine mora, sed ad coarguendam temeritatem artis sepeliri quoque accuratissimè imperavit. Quod cum fieret, evenit, ut repentinâ tempestate dejeto funere, semiustum cadaver discerperent canes. Simile huic refert Suetonius in Octavio de Thrasylo, qui non solum Tiberio Imperium, sed & quānam morte vitam esset finiturus, prædixit:

dixit: se scilicet à turri quadam præaltâ in præcipitia iridejectum, quod etiam factum. *Josephus rerum Judaicarum* scriptor de sese itidem gloriatur, se Imperatori Vespasiano, & Tito filio, orbis dominium prædixisse. Factum hoc scimus. Dignum etiam lectu censemus, quod *Johannes Jonstonius* in suis *Mundi admirandis* pag. 39. recenset ex *Thuanô*, & *Lacio Grauricô de Marcello Papa*; quò & benevolum lectorem remittimus. Adduci etiam solent exempla, *Pisani* scil. Archiepiscopi, & *Petr Leontini*, Medici cuiusdam; Hic prævidit ab aquis sibi exitium iminere, qui & in putoe submersus repertus, teste *Jovio Eleg. 35.* Iste autem cum de fato suo Astrologos inquireret, suspendiō prædixerunt peritum; quod eventus etiam comprobavit; in seditione enim *Sixti Quarti Pontificis*, ipse in maximo furore gulâ laqueo obstrictâ expiravit. Sed ad hæc omnia ordine respondere solent, & quidem dictū illud, quod *Gen. i. v. 14.* legitur, dicunt, dupli modo intelligi posse, testibus Commentatoribus ad h. l. *vel* 1. ut sensus sit: propterea duo luminaria magna & stellæ à Deo sunt conditæ, ut signa forent, quibus ordo ac successus temporis notaretur, unde horæ diei, meridiei noctisq; designarentur &c. quæ explicatio in ipso textu habetur; & hoc modō dictum sacrum Astrologorum sententia non patrocinatur. *Vel* 2. ut luminaria & astra signa sint effectuum naturalium, utpote pluvia-

via.

viarum, siccitatum, tempestatum, serenatum, ventorum, aliarumque rerum, quæ passim observarunt Nautæ, Agricolæ, cumque illis in curando Medici. Et in hoc sensu largiri possumus, quod talia possint prævideri & prænoscî, sed i. in universalî; 2. certitudine minus evidente, obscurâ & secundum quid; 3. ut plurimùm eveniente, aut raro deficiente; 4. in particulari, & 5. tantùm probabiliter, & prædictione frequenter fallente.

Notetur, quod dictum fuit: *in universalî*. Etenim effectus illi dupliciter considerari possunt; nimirum vel in ordine ad magnam orbis partem v. g. Europam; habito itidem respectu ad magnum temporis spacium, ut ad annum & simile quid, & hōc modō tempestates, siccitates, terræ motus, item morbi possunt prænunciari; Vel in ordine ad unam alteramve Provinciam aut civitatem: & ad parvum magisque determinatum tempus, nempe unius diei, horæ, aut saltem unius horæ quadrantis, & hōc modō solâ probabilitate, etiam frequenter deficiente prænunciari possunt. Quicquid autem hujus rei sit, non video, quomodo isti inde probent certam futurorum in homine prædictionem, maximè casualium, & eorum, quæ à libera voluntate ejus dependent.

Quantum ad locum *Matth. 16. v. 2.* Resp. i.
Salvatorem id non ex propriâ sententia dixisse,
sed

sed ex opinione hominum locutum fuisse. 2. Judicium hoc non *Astrologicum* est, sed *Meteorologicum*. 3. Non verò loquitur dictum de præcognitione & prædictione futurorum eventuum, qui fortunā aut fatō eveniunt, ut perinde Astrologorum causam minimè juvet.

Rationem Physicam II. quod attinet, disputantem audiamus *Antonius Ruv.* ad Arist. l. 2. de Cœl. & Mund. c. 3. quæst. 6. p 166. Infero, inquit, non posse Planetarios ex aspectu vel dispositione siderum certò præcognoscere aut prænunciare, quodnam sit cuiusvis hominis temperamentum aut inclinata propensio, quod efficaciter probari poterit, quia licet sidera influxum habeant circa hæc. quia corpora per se sunt, non tamen sunt integra eorum causa, sed plurima alia ad ea concurrunt, utpote, dispositiones materiarum, virtus formatrix, & aliæ causæ particulares, à quibus maleficiatur concursus cœlestis, sed non possunt omnes has causas & dispositiones (quia magna ex parte occultæ sunt) exploratas habere.

Ergò non possunt qualitatem aff. Etū certò prævidere. Haec tenus *Ruvio*. Eodem modō opinionem istam diluunt Dd. *Coninab.* l. 2. de Cœlo art. 3. quæst. 9.

In his quamvis acquiescere possimus, hoc tamen superaddere lubet. Videntur temere inter se contendere *Astrologi*. Causas enim remotiores propinquioribus plus hoc in ne-

d

gotio

gatio valere censem. Quis autem negaverit, vim seminalēm, Parentem complexionem, naturam loci, victum exercitia, & id genus alia, plus valere ad temperanti constitutio-
nem, & variationem, quam positum astro-
rum. Educatio etiam in formandis mori-
bus hīc plus efficit, quam vis astrorum.
Potestque vir prudens cohibere appetitum,
& in gyrum rectā rationis compellere, ut
rectē laudent Sapientes vetus illud dictum;
Sapiens dominabitur astris; & illud Poetā cujus-
dam:

*Quam falsō accusant superos, stultēj, queruntur
Mortales; etenim astrorum causa malorum
Nos sumus, & sua quēmā magis vecordia vexat.
It, Astra inclinant, sed non necessitante.*

Denique III. exempla quod concernit, breviter
respondent i. quod si rerum eventu compro-
batarum circumstantias consideramus, facile
ratio quādam, quamobrem acciderint, dari po-
terit. *Quis enim nescit, multa fieri casu?* multa
homines conjecturis argutantur. *Lipsius* l. I.
Monitorum, quādam instinctui adscribit. *De-*
torius l. 4. *Disquis. Magicarum* c. 3. quāst. & cum
illo *Conimbricenses* atque *Ravio* pāctis cum Dæ-
mone adsignant. Luce autem meridianā cla-
sius, hæc tantū ex accidenti esse vera. Nec e-
nīm hujus Scientiæ veritas inde potest confir-
mari, si forsitan unus atq; alter eventus p̄fādi-
to-

re-

responderit. Imò si unius horæ aut diei labor
esset, justò, quô fas esset, ordine percensere o-
mnia exempla, quæ falsitatis plena, & quibus
eventus minimè respondit, contrarium lucu-
lentissimè pateret. Interea videatur hac de re
fusius differens *Picus Mirandulanus* in libro con-
tra *Judiciarios* perquam eleganter conscripto. 2.
Huic rei magnum accedit robur ex dicto *Ez.47.*
13. ubi illuduntur & exagitantur gentes, inpri-
mis Babylonica, quæ ejusmodi ariolatoribus
fidem adhibuerat, & quasi in ipsorum verba
juraverat, nihilominus tamen decepta & de-
fraudata erat. Verba Prophetæ sunt hæc: *Sicut*
& salvent se angues cœli, qui contemplabantur sidera,
& supputabant menses, ut ex eis annunciasent futura
tibi. Epilogi loco sequens argumentum adde-
re luet:

Aut verum est, illos, qui unâ eademque horâ ac
tempore nascuntur, eandem habere consti-
tutionem & influxum cœli, aut falsum.

Si verum est, sequitur Esavum & Jacobum eâ-
dē vitæ conditione ac sorte fuisse usos, quod
tamen minimè factum, uti nemo ignorat.

Si falsum est, nihil certi de futurâ hominum
sorte ex tempore nativitatis Genethliaci
prænunciare valent.

Statim quidem respondent illi; brevissimam
quidem, nostrò judicio, videri istam moram, quæ
in partu geminorum sese offert; *in cœlesti autem*
mundo maximi esse momenti, ob vertiginem
eius.

d. 3

eius

eius rapidissimam, ad varietatem. Ast responsum hoc est nullum; 1. *Picus Mirand.* l. 9. contra *Astrol. Jud. c. 2.* ipsis opponit verba *D. Gregorii*, quæ sic sonant: Si propterea Jacob & Esau non censentur nati sub eadem constellatione, quod non simul nati sunt, sed unus post alterum; ob eandem causam judicandum erit, nullum hominem sub eadem constellatione totum nasci; non enim totus simul ex utero procedit, sed particulatim & membratim. Quare singulis membris singula erunt fata: quod ridiculum est.

2. Quis præterea nescit, obstetrics ex peritia vel imperitia posse partum accelerare, vel etiam retardare? Penes obstetrics igitur esset, penderet fata, ipsaque pro arbitrio permutare. 3. Aliud etiam circa rem præsentem movet dubium *Petrus Molinaus* l. 2. *Phys. c. 16.* quâ nempe de causa ariolatio ista non potius sumenda sit à tempore conceptionis, quod ipsos æquè ac nos latet, quam nativitatis. Atque sic constare arbitramur, minimè posse certò prænosciri aut prævideri ex astris, quænam modo nati infantuli fors futura, aut quânam ipsi morte pereundum, minimè autem omnium illa, quæ in arbitrio & voluntate hominis libera posita sunt. Concludimus igitur hanc quæstionem scitô illô dilemmate *Phavonii*, quô, teste *Gellio* l. 14. cap. 1. *Astrologos* perstringere solebat, sic argumentantis: Aut adversa eventura dicunt, aut prospera;

Si

Si dicunt prospera, & fallunt, miser fies expe-
ctando frustrà: Si adversa dicunt, & men-
tiuntur, fies frustrà timendô. Si vera re-
spondent, eaque non sunt prospera, jam
inde ex animo miser fies, antequam è fa-
to fies:

Si felicia promittunt, eaque eventura sunt,
dum planè duo erunt incommoda; & ex-
pectatio rci te suspensum fatigabit; & fu-
turum gaudii fructum jam spes deflora-
verit tibi.

Nullò igitur pactô utendum est istiusmodi
hominibus res futuras præsagientibus.

Quæst. 30.

An conversio Judæorū universalis, vel insignis
ante diem extremum sit expectanda nec ne?

Resp. Universalis Judæorum conversio est(1)
mere ἡγεμονία. (2) Tristissima rerum omnium
facies circa seculi consummationem futura est,
adeo, ut ipse Salvator, num rediens fidem sit in-
venturus, dubitet, Matth. 24. (3) Completio
gentium usque ad novissimum diem durabit,
qua de S. Paulus Rom. 11. v. 25. (4) Psaltes Regius
in persona Christi Ps. 60. v. 29. seqq. ipsis im-
precatur: appone iniquitatem super iniquitatem: &
non intrent in justitiam tuam. Deleantur ex libro vi-
ventiuum & cum justis non scribantur &c. (5.) Filii Re-
gni ejiciendi Matth. 8. v. 11. 12. (6) Gentiles in lo-
cum Judæorum nuptias regias contemnentia
sunt assumpti. Matth. 22. Luc. 14. (7) Hæc yereat

d 3

i. e.

i. e. generatio Judæorum , à reliquis populis
 distincta usque ad consummationem seculi
 non est translatura Luc. 21. v. 32. (8) Tandem
 $\Pi\omega\gamma\omega\nu\sigma$ i. e. induratio Judæorum & plus quam
 Vatinianum Christianorum odium universa-
 lem conversionem minus suadet. Eorum, qui
 conversionem Judæorum universalem, & qui-
 dem simultaneam (successiva fidem apud nos faci-
 lius invenit) statuunt, argumentum palmarium,
 quō sententiam suam propugnare conantur,
 desumitur ex c. 11. Epist. ad Rom. v. 25. 26. ubi
 S. Paulus sic inquit: *Non enim volo vos ignorare,*
fratres, mysterium hoc, (ut non sitis apud vosmet ipsos
elati animo,) quia execratio ex parte Israeli accidit,
donec plenitudo gentium advenerit. Et sic totus Israhel
salvus erit, sicut scriptum est: Adveniet ex Sion illa,
qui liberat & avertit impietas à Jacob. Sed respon-
 demus. Apostolum non conversionem Judæo-
 rum universalem, vel insignem, sed execra-
 tionem eorum vocare mysterium, quod scilicet
 populus is, qui fuerat Dei peculium, & regale
 sacerdotium, sit rejiciendus. Ideo dicit, *ne sis*
elati animo, cum alias potius dixisset, ne sis
irritus. Particula donec non terminum fixum,
 sed continuum denotat, ut Matth. 1. v. 25. cap. 5.
 v. 26. & alibi passim, quamdiu scilicet ex Gentili-
 bus Ecclesiæ aggregantur, id quod durabit us-
 que ad consummationem seculi. In vers. seqq.
& sic totus Israhel salvabitur, sicut scriptum est &c. non
cum negotio verificuli praecedentis male in-
tel-

telle&ti, sed totius epistolæ, vel eorum, de quibus in antecedentibus dictum erat, quo non nisi per & propter Christum salvemur. Ideò confirmat dicto Ps. 59. v. 20. *Adveniet ex Sionis, qui liberat, & avertet impietates à Jacob.* Per Israelem non is, qui est secundum carnem, sed qui est secundum Spiritum intelligitur: alias se queretur, ne unum quidem ex Jacobi posteris fuisse damnum. Distinctio in c. 9. v. 6. hujus epistolæ locum habet: *Non omnes, qui sunt ex Israël, sunt Israël.* Item c. 2. hujus epistolæ, cùm Apostolus inter *Judeum in occulto & in manifesto* distinguit. Sensus est totum Israelem spiritualem, vel totum salvandorum cœtum, sive naturā Judæi sint, sive gentiles, per Christum salvari. Instit. Particula 2d v. 25. rationem reddit eorum, quæ v. 24. dicta erant: *Etenim, si in ex naturali exercitus es oleastro & preter naturam insitus es in veram oleam: quanto magis hi, qui naturales sunt, inseruent propria olea.* Sed respondemus particulam 2d non ad inscriptionem, sed ad exceptionem, & omnia ea, quæ de Judæorum refectione dixerat Apostolus, referri. Excusat enim se, quod tam odiosa, de Judæorum refectione, hactenus tractaverit. In v. 23. de potentia, quod possint denuò inseri, & hypotheticè loquitur, si non permanerint in incredulitate. Audiamus judicium B. Lutheri super hunc locum in I. de Schemhamphorasch: *Vom ganzen Haufsen mag hoffen/ wer da will/ ich habe da keine Hoffnung/*

nung/ weiß auch davon keine Schrift/ denn das
etliche aus der Epistel zum Römern am 11. solchen
Wahn schöpfen/ als solten alle Jüden bekehrt
werden/ am Ende der Welt/ ist nichts. S. Paulus
meinet gar viel ein anders.

*Si cui forsitan scrupulus ex Matth. 23. v. 39. in-
hacerit: Dico vobis, hanc quamvis videbitis me,
post hoc, donec dixeritis: Benedictus: qui venit in no-
mine Domini: Respondemus non de Adventu
gratioso in regno gratia, sed gloriose in regno iustitiae,
hac verba Christi, cum ultimo ex templo
discederet, nec pedem in illud inferret, fuisse
prolata est. Sensus est: Quia Iudei verbis Psal-
mographi Regii ex Psal. 118. Messiam excipe-
re debebant, etiamsi advenientem rejecerint,
in adventu tamen ultimo, velint nolint, Mes-
siam agnoscere, ipsique genu tremenda sub-
jectionis flectere debeant. Vide D. Krom. Theol.
Positivo-polem. artic. 22. de rebus noviss.
pag. 1186. 2187. 1188.*

Quæst. 31.

An Caro Christi in triduo mortis fuerit sine
omni vita?

Resp. Corpus Christi tempore passionis de-
mortuum, ut ut caruerit vita naturali, non ta-
men destitutum fuit vita personali, quam ex im-
manentia τοῦ λόγου possedit. Erat quidem
dissolutatum unio animæ & corporis natura-
lis,

lis, unde mors vita naturalis privatio: Verum indissoluta Divinitatis & Humanitatis unio personalis; sed ~~πειρωτος~~ penitissima Deitas Humanitatem immeabat etiam in ipsa morte carnis. Ideoque vita vere Divina carni competebat etiam in media morte. Nec est, ut quæramus curiosè, *an in triduo mortis Divinitas conjuncta fuerit anima, an corpori?* Ab utroque enim mansit inseparabilis, & quia infinita ac simul ubique præsens est Deitas, tota & impartibilis utrique simul tam animæ Christi, quæ erat in Paradiso, quam corpori quiescenti in sepulchro, unita fuit. Quamvis anima & corpus separata erant, *τονιως* tamen *υποστηκως* unionis personalis nexu, in uno velut tertio cohærebant, ut vita nostra verè fuerit abscondita in Christo etiara mortuo. *Bonaventura* in lib. III. Sentent. distinct. XXI. quæst. 1. & 2.
D. Müllerus Qq. select. Theol. entur. i. q. i.

Quæst. 32.

An Christus secundum Humanam Naturam
Deo sit æqualis?

Resp. Distinguendo inter rem *habitam*, &
modum *habendi*. *Rem habitam* quod attinet, cum
πάντο πληρωμα τῆς Γένους habitat in Christo,
& idiomata Divina realiter sint communicata
carni Christi, non absurdum, in re habita eam
λόγῳ esse æqualem; eadem enim omnipotentia
competit carni, per communicationem, quæ
λόγῳ

$\lambda\circ\gamma\omega$ competit per essentiam. Quoad modum autem competendi est inæqualitas, & hinc naturæ etiam non exæquantur. Nam quod Divina Natura habet per Essentiam, per se, ut $\tau\circ\eta\pi\kappa\circ\nu$ principale, necessario, καὶ Φύσην, & ex se; id Humana Natura habet per donationem factam in tempore, per unionem, ut organum coniunctum, precario Joh. 17. καὶ οὐδέποτε & per participationem. Ideoque absurdum non est, certò respectu Humanam Naturam & esse æqualem Deo in re communicatâ, Phil. 2. 6. & minorem Deo in sua essentia. Videatur Idem ibid. quæst. 8.

Quæst. 33.

An in Christo duplex detur $\nu\circ\alpha\theta\eta\zeta$ s. filialitas?

Resp. Factus est filius hominis dilectissimus filius Dei, ut filios hominum filios Dei faceret, inquit Chrysost. homil. X. in Joh. Nec tamen aliis filius est filius Dei, aliis filius hominis.

Ecclesia enim rectè sentiens, contra Nestorium, in Christo geminam quidem agnoscit Naturam ex duplice generatione, sed personam & $\nu\circ\alpha\theta\eta\zeta$ non nisi unam. Nasci enim πέρως & αὐγήσ est naturæ, $\nu\circ\alpha\theta\eta\zeta$ s. filium esse, personæ, unde Christus natus dicitur ex Patris Essentia in divinitate, ex Matris Essentia in Humanitate, unus interim idemque in utraque Natura. Filius permanens, novam quidem ab Humana Naturæ in $\tau\circ\eta\pi\kappa\circ\nu$ unitatem assumpta, applicata.

pellationem nactus, sed novus Filius hanc factus. Humantas quippe cum sit ēvangelus, non idiorū sc̄us per & in se, neque personam, neque proprium & peculiarem filium dare potest, sed uti consors est personæ, & ita filialitatis. Vide ibid. q. 12. ubi plura.

Quæst. 34.

Quando & quō die producti sint Angeli?

Resp. Simoniani olim, Nicolaite, Menandriani & Archontici mundum ab Angelis conditum somniarunt, & Gloriam soli Deo debitam sic in creaturas impiè transtulerunt.

Origenes, Gregorius, Nazianzenus, Hilarius, Basilius, Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus & Cassianus existimarunt, Angelos diu ante Mundum esse creatos. Damascenus tres recenset opiniones:

1. Eorum, qui statuunt Angelos ante omnem creaturam esse factos;

2. Eorum, qui volunt, Angelos post cœlum esse productos; in quam sententiam propendere videtur Augustinus q. XXI. ad Orosium;

3. Eorum, qui formationi hominis Angelorum Creationem immediate præmissam esse assertunt: Ipse tamen subscripsit sententiæ primæ, adductus è potissimum ratione, quod nō voleat primùm, mox creari nō cōdignū eorum congruum fuerit, & tertio ex utrisque mixtum hominem.

Epiphanius, Theodoretus, Gregorius, M. Beda, Lombardus & D. Scholastici docuerunt, Angelos unā cum

cum hoc mundo conditos esse. Et horum alii referunt creationem ad diem primum, quia tunc lux dicitur condita, per quam & Angelos luce vestitos notari volunt. Alii ad diem secundum, in quo lapsi quidam fuerint, quod probant ex eo, quia Moses descriptioni hujus diei non addit; vidit Deus, quod esset bonum. Alii denique ad diem certum, moti Coloss. 1. 16. ubi per Christum condita dicuntur quæ sunt & in cœlo & in terra: in cœlo autem & Angeli sunt, quos habitaculo suō non putant, priores fuisse.

Photiniani contendunt, prorsus ante mundi principium Angelos extitisse.

Nos, ne temeritatis arguamur, diem quo creati sunt Angeli, definire supersedemus, certi interim, illorum creationem principio Mosaiico includendam esse, quandoquidem ante ja-
Et a mundi fundamenta scriptura nihil nisi z-
ternum agnoscit. Ps. 90. 3. Prov. 8. 22. Ephes. 1. 4.
1. Pet. 1. 40.

Déus dicitur Gen. 2. 2. septimo die quievisse ab omni opere suo, quia sex diebus opus suum perfecerat, ad quod etiam pertinent Angeli.

Cur autem Moses de Angelorum Creatione diserte, nihil dixerit, quidam rationem esse vo-
lunt ingenium Israëlitarum ad Idololatriam propensissimum. Propositum enim fuit Mosis historiam Ecclesiaz texere, ejusque initium ab
ā initio mundi repetere, ideo mundum hunc
spectabilem, in quo collocatus fuit homo, tan-
tum

tum delineavit : Creationem tamen Angelorum non prorsus reticuit , sed eorum meminit , prout instituti ratio , in adornanda Ecclesiæ historia , postulavit . Vide Eund . ibid . q . 37 .

Quæst . 35 .

An unicâ Sanguinis guttulâ à Filio Dei profusa totus mundus Deo potuerit reconciliari ?

Resp . Usi sunt Patres hâc locutione ad extollendam dignitatem Personæ quæ pro nobis passa est , & ad exaggerandum meriti ipsius valorem , fortasse etiam ad erigēdos animos , cum desperatione collectantes . Patrum vestigia , nostris temporibus Viri magni nominis , quos censura acerbiori notare religio foret , imprimis cum approbata sit à tota ferè Ecclesia meliflua hæc cantio ;

Dein Blut / Der edle Saft /
Hat solche Stärk' und Kraft /
Dass auch ein Tröpflein klein
Die ganze Welt kan reine /
Jäger ays Teufels Rachen /
Frey / los und ledig machen .

Certè , si infinitatem supposui , quod pro nobis passum est , & à quo passionis valor unicè dependet , consideremus , negare non possumus , hac ratione quamvis guttulam Sanguinis Dominici fuisse infinitæ virtutis , & ratione sui sufficiëntem ad reconciliandum totum mundum DEO . Quod ipsa scriptura haud obscurè indigitat ,

gitat, quando sanguinem Redemtionis nostrae
vocat τὸ ιδιον αἷμα ἐ Θεός. Acto. 20. 28. τὸ αἷμα ἐ^τ
νίσ ἐ Θεός. 1. Joh. 1. 7. Quapropter excusanda est
hæc phrasis & toleranda. Puto etiam sine peri-
culo eam adhiberi posse, ubi cum iis negotium
nobis est, qui in gravissimis temptationibus tan-
tum non succumbunt.

Certum interim est, ex consilio & decreto DEI,
non una sanguinis gutta, sed morte ipsa ad sa-
tisfactionem opus fuisse, cuius causæ allegan-
tur Ebr. 9. 15. Sanè si gutta una absolvisset to-
tum meritum & sacrificium pro nobis offeren-
dum, post circumcisionem mori & pati Chri-
stus non debuisset. Quapropter in certamine,
præprimis contra *Socinianos*, meritò ab hac phra-
si abstinemus. Phrasis ista, inquit B. *Meisnerus*
Decad. III. Auth. Unam guttam sufficisse. Patrum
est, non Scripturæ, pia cogitatio est, non fun-
damentum fidei. Quare, si quæ absurdâ hinc
sequantur, mordicus eam non defendemus.
Vide ibid. q. 47.

Quæst. 36.

Quomodo Eva post commissum peccatum
suam confusionem & nuditatem non sense-
rit, antequam Adamum etiam ad peccan-
dum induceret?

Resp. inter utriusque transgressionem non
intercessit longa temporis mora: Eva tota fuit
occupata in delitiis vetitæ illius Arboris, qui-
bus sic dementata, ut suam miseriam, & nudi-
tatem

tatem nondum agnosceret. Conscientia non-dum evigilaverat, sed peccatum adhuc cubabat ante fores; Deus longanimis est, non statim punit peccatum: hāc longanimitate Satanás abutitur ad alendam in hominum animis securitatem. Vide *Ottonis Ursini fasciculum quæstionum* q, 51. p. 76.

Quæst. 37.

An Salomon resipuerit, vel perierit?

Resp. *Posterioris* affirmant nonnulli, cum in historia ipsius non fiat mentio pœnitentiaz. Sed prius verò accedit proprius. Nam (1) in Ecclesiaste, quem post lapsum conscripsit. Hebræis pro certo illud affirmantibus, sufficienter testatur pœnitentiam suam.

Postquam enim recensuit, quod nulli rei pœnipererit, quod sibi cantores, cantatrices fecerit, quod alia ædificia, villas egregias, piscinas sibi paraverit, quodque omnia tandem, unde voluntates corporis ad homines pervenire solent, expertus sit, resipiscens denique exlamat vehementi asseveratione: *Vanitas vanitatem, & omnia vanitas*, cap. 12. v. 8.

Ethanc Hebræorum sententiam confirmat quoque vetus aliquod monumentum, citante Pineda, cui vita Salomonis inscripta fuit, quodque resipiscentiam ei aperte adscribit, (2) Gestit typum Messiaz, eumque DEUS in Filium sibi adoptat 2. Sam 7. 24. Nullus autem illorum, qui Messiam præfigurarunt,

2eter.

æternum periisse censendus est. (3.) Occubuisse dicitur cum Patribus suis. 1. Reg. 11. 43.
 (4.) Rehabeam initio pius vel sanctus ambulasse dicitur cum populo in viis David & Salomonis 2. Chron. 11. 17. hinc Salomon salvatus creditur, in viis enim Davidis & Salomonis ambulasse dicuntur, quorum pietas commendatur.

Non autem sequitur: *Non fit mentio paenitentia Salomonis: Ergo Salomon non egit paenitentiam.* Multa siquidem facta sunt, quæ tamen non sunt scripta. Videatur idem ibid. q. 184. p. 246.

Quæst. 38.

An vestimenta unâ cum Israëlitis in deserto creverint, nec ne?

Resp. *Affirmative.* Nam (1.) Vestimenta expressè dicuntur non inveterasse, Deut. 8. 4. ubi emphasis est in verbo מִלְבָד inveterascenâ sc. vestimenta non solum non fuere consumpta, sed etiam non veteraverunt. (2.) illi, qui ex Ægypto egressi erant, tempore commorationis in deserto per 24. annos nullas de novo sibi potuerunt confiscare vestes, deficiente ipsis commodâ materiâ, inde consequens est statuere quod miraculose non solum ab attritione & consummatione fuerint præservatae, sed etiam unâ cum illis creverint. Qui enim potuit vestes ab attritione illætas servare, idem etiam efficere potuit, ut unâ cum egressis ex Ægypto crescerent. (3.) Demortuorum in deserto yestes relictae, necessariae.

cessariò ad puerorum vestes conficiendas fuere
adhibitx. (4) Magnæ contentiones in populo
illo pervicaci ac rebelli ex illa annua vestium
mutatione, quam *Esius* statuit, ortæ fuissent.
Videatur Idemibid. q. 213. p. 353-354. Gerhard. in Com-
ment. super Deut. p. m. 559.

Quæst. 39.

An Pygmæi, infantuli in utero extinti, & fœ-
tus abortivi, in suis corpusculis; Gigan-
tes verò suâ corporis mole olim resur-
recturi sint?

Resp. In Resurrectione omnis deerit imper-
fectio & monstrositas, & talis speranda omni-
no, ἀντιλασσεις, qualis suit prima πλάσις. Jam
verò primus homo in statura perfecta creatus
fuit; utique igitur & nos eandem olim omnes
obtinebimus, ut ut multi illâ in præsenti vita
caruerint. Accedit hunc, quod corpus no-
strum humile conformatum dicitur corpori
gloriofo Christi, *Phil. 3. 21.* Jam verò corpus
Christi perfectam habuit staturam; igitur &
nostra talis erit in Resurrectione. Et quem-
admodum nihil, quod in corpore monstrosum
fuit, resurget; (id enim ad accidentia corpo-
ris animalis pertinet; nostra verò corpora in
Resurrectione erunt προμητικὰ & glorioſa,
1. Corinth. 15. 43. & 44. alia erit gloria corporum
cœlestium, quam terrestrium v. 40.) Ita quo-
que corpora monstrosa ad naturalem suam
quantitatem in resurrectione redditura, veri-

e

fimi-

simile est. Nec staturæ diversitas tollit iden-
 titatem corporis numericam. Nam corpus
 idem numero consistit in substantiæ identita-
 te, non in accidentibus. Cum ægrotat ho-
 mo, ejusque corpus per morbum attenuatur,
 manet tamen corpus ejus idem numero, cum
 corpore sano & succulento; sic & pueri cor-
 pus idem est numero, cum corpore ejusdem
 pueri ad virilem ætatem evecti. Formam
 enim substantialem semper eandem habet.
 Quacunque ergo staturâ corporis resurgent
 pueri, Pygmæi & Gigantes, identitati tamen
 subjecti nihil decedit. Nec sequitur: *Magni*
& parvi steterunt coram throno sedentis super eum,
Apoq. 20. 12. Ergo quilibet in ea statura resur-
 get, quâ ex hac vita decessit. Plus sanè est in
 conclusione, quâm fuit in præmissis. Nam
 parvi non semper dicuntur, qui parvi & pu-
 filli sunt quantitate corporis; sed & qui dignitate
 aut præstantiâ sunt infra alios. Sic præcipit
 Dominus Magistratui: *Parvum audietis, na-*
magnum, Deut. 1. v. 17. h. e. abjectum, sicut
 eminentem. Ita Samuel ad Saulum dixit:
Nonne cum parvulus es in oculis iñis, caput in
tribubus Israël factus es? 1. Sam. 15. 17. Confer
 etiam Jerem. 49. 15. Obad. vers. 2. Similiter &
 Christus Ecclesiam suam vocat gregem pusillum
 (*μικρὸν ποιμένιον*) non propter staturam sed
 propter statutum & conditionem, quia contempti-
 bilis habetur coram mundo, neque in ea con-
 tinens.

tinentur multi magni secundum carnem, sed
 τὸ ἀγένητον εἰς θεόν μήτρα, καὶ τὰ μηνία ὄντα. 1. Cor. I.
 v. 26. & 28. Nihil igitur obstat, quod minus &
Apoc. 20.12. per magnos & pusillos homines ma-
 gnates & plebeji, adeoque summæ & infimæ o-
 lim in terra conditionis intelligentur. Vid. *Ur-*
sini fascicul. quæst. q. 218. p. 375-376.

Quæst. 40.

Ubi sit infernus, an in ipsis terræ visceribus &
 centro terræ, an verò extra cœlum & ter-
 ram?

Resp. Eò audaciæ à Pontificibus progressum
 est, ut infernum definiant per locum subterra-
 neum, eundemque in meditullio terræ consti-
 tuant. Ita enim Jesuita *Bellarminus* lib. IV. de
 Christi animâ c. X. inquit: Infernus, cum nihil
 aliud sit nisi centrum terræ, necessariò loca infe-
 rorum intelliguntur loca profunda subterra-
 nea. Rationem lib. II. de Purgat. c. VI. somniat
 hanc inquiens: Ratio ipsa dictitat, ut, si locus
 Beatorum est in summô cœlō, locus damnato-
 rum sit in loco remotissimô à cœlō; nihil autem
 remotius centrô terræ. *Cornelius à Lapide* inferni
 quantitatem etiam dimensam dedit, ad *Mate.*
 VII. p. 179. & rursum ad *Apocal.* XIV. 20. p. m. 252.
 253. Estque ea, juxta Eundem stadiorum 1600. ha-
 e. ducentorum milliarium Italicorum, (octo
 stadia faciunt unum milliare,) idq; quaqua ver-
 sum, scilicet, ut infernus profundus sit 200. mil-
 liaribus Italicis, totidem longus, & totidem la-

e 2

tus

tus, quod capiet multa millena millia millionum damnatorum, qui in inferno compingentur, sicut haleces & pisces in vase. Hæc dictus Cornel. à Lap. quasi ex Tripode pronunciat. De his somniis autem S. Scriptura nihil novit. Est quidem locus inferni (terminô loci, iuxta phrasin Scripturæ *Luc.* XVI. 28. generaliter accepto,) extra cœlum Beatorum, *Apoc.* XXII. 14. per magnum chaos divisus *Luc.* XVI. & probabile est, extra hunc mundum, *Joh.* 12. 31. ubi autem definitè? non constat. Præstat cum φάεω καὶ τρόπω μω sollicitum esse, per pœnitentiam & verum pietatis studium, de infernô evitanto, quam scrupulosè ejus quidditatem extra verbi Divini limites expiscari.

Locus tamen inferni subterraneus non est. Cœlum enim & terra peribunt, ergo etiam centrum terræ, inferno autem æterna tribuitur duratio. *Esa.* 66. v. II. *Matth.* 25, v. II. *Apoc.* 14. v. 14. Nec quicquam appellatio inferni probat: Nihil aspectus Epulonis, qui Lazarum vidit sursum versus: *Luc.* 16. Nihil historia seditionorum hiatu terræ absorptorum: *Num.* 16. Nihil ignis quandoque è terra prorumpens; quibus argumentis *Bellarminus* pugnat, sed sine hoste, l. I. de Purgat. c. 4.

Nam infra dici quoque potest, quod non est in terra visceribus, sunt Dæmones principes aëris, & tamen κυρίοι. Superi enim & inferi, sedes Beatorum, & locus damnatorum opponuntur

nuntur non τοπικῶς καὶ χοινῶς; non Physicè aut geometrice, πνευματικῶς, analogicè & theologicè; non secundum loci, sed status diversitatem, quæ non Physicō locorum intervallō, sed μεγάλῃ χάσματος σημείῳ, definitur.

Quando *Luc.* 16. de divite illo Epulone dicitur, quod Lazarum viderit sursum versus, loquitur ibi Christus parabolice & hic more suo καὶ οὐγνάτερων ad nostrum se demittit caput. *B. D. Brenzus* inquit: cum de rebus spiritualibus & cœlestibus sermo est; hæc vocula, *supra*, & *infra*, usurpantur quidem ex humana consuetudine: non definiuntur autem locis, sed dignitate & indignitate; majestate & abjectione, gaudiō & horrore, lætitia & tristitia. *Num. 16. 31.* distinguendum est inter Φορέας medium, & terminum. Medium ibi spectatur, terræ videlicet (1) apertio, (2) opertio, non terminus. Etsi illō momento quō utraque fiebat, Diabolus quoque in infernum illos seditiones rapuit; ubi etiam ille sit, notum non est. Nec omnia, quæ simul sunt & fiunt, non statim sunt idem. Demum & illud probandum, ignem infernalem esse Elementarem ac similem illi, qui erupit ē montibus. Vide *D. Melfleur.* Decad. 4. Disput. 6. th. 85. p. 182. *B. D. Gerb.* Tom. 9. de Inferno. §. 68. p. m. 232. b.

Quæst. 41.

An quis salvâ conscientiâ alterum, si vel maxi-

e 3

mē

mē injustissima ab eō patiatur, imō ipsā
vitā priverur, & contra opprimentis po-
tentiam nullam opem sibi amplius restar-
e videat, ad supremum Christi tribunal,
additō certō comparendi tempore, per-
emptiore citare possit, nec ne?

Resp. Qui hic affirmativam sententiam tue-
tur, pro stabiliendâ suâ sententiâ citant exempla
partim *sacra*, partim *prophana*.

E sacrificiis allegant loca sequentia:

1. Gen. 4. v. 10. ubi Deus ad Cainum: *Vox san-*
guis fratrii tui clamat ad me de terra. Ubi in fonte
est pluralis וְיָם & indicat, omnes eos pro-
vocasse & clamasse, quos Dominus præviderat
ex hoc sanguine oriundos, nisi per causas se-
cundas impeditur.

2. Gen. 16, v. 5. ubi Sara ad Abrahamum: *Ju-*
dicet Dominus inter me & te.

3. Afferunt locum Gen. 31. v. 53. ubi Laban
ad Jacobum: *Dominus Abraham & Dominus Nabor judi-*
cet inter vos.

4. Putant etiam Davidem provocasse I. Sam.
24. v. 13 quando Sauli præterjus & fas eum per-
sequenti dicebat: *Judicet Dominus inter me & te, &*
præciscatur me Dominus de te.

5. Et quidem cum primis ita causam suam
ex hoc ad alterum seculum transtulisse existi-
mant jam jam moriturum Zachariam dicentem
2. Paral. 24. v. 22, *Videat Dominus & requirat.* Cui
præ-

prædictioni & provocationi eventus singularis etiam respondit, uti videre est vers. 23.

& 25.

6. Populi Jud. arcessunt verba, quæ *Judith.*
7. v. 13. sic habent: *Judicet Deus inter nos & vos,*
quoniam fecistis in nobis in justitiam magnam.

7. Exemplum duorum fratrum 2. *Maceab.* s.
Hasmanzorum cap. 7. v. 17. ubi quintus de se-
ptem istis fratribus Antiocho sic acclamabat:
Tu autem sustine & vide magnam Dei potestatem, quo-
modo te & semen tuum torquebit; Et v. 19. Sextus
martyrii candidatus dicebat ad eundem: *Tu ne*
existimas impunitum fore contra Deum pugnare cona-
tus.

8. Ex N. Test. verba illa Apostoli 2. Tim. 4.
v. 15. *Reddat illi (Alexandro xarario) Dominus se-*
cundum opera sua.

9. Allegant locum Apoc. 6. v. 10. ubi animæ
interfectorum martyrum magnâ voce vindi-
ctam petunt.

10. Adducunt Exemplum ipsius Christi, qui
patiens omnia tradebat judicanti justè, 1. Petr.

2. V. 23.

Exempla prophana quod attinet, invenimus in
historiis.

I. Eos, qui stimulis conscientiæ agitati, semet-
ipsos quasi provocarunt, & reperimus Jacobum
nempe Fabrum Stapulensem, Theologum Sor-
bonicum scriptis notissimū, qui præsente Mar-
garetâ Valesia, Navarræorum Reginâ Francisci

Galliarum Regis sorore & convivis aliis de gratia Dei dubitantem Jacobum consolantibus in hæc verba erupit: *Ergo nihil restat, quam ut hinc ad Deum migrem, neque ultra differendum sentio, quia à Deo meo vocari intelligo.* Et paulò post mortuus in lectulo etiam repertus est. *Hubert. Thom. Leod. Joh. Gualt. Chron. Polit. part. I. p. 1332.*

II. Eos qui alios provocarunt & quidem

1. Ut *Amicos*, exemplum hujusmodi refertur de *Johanne Corvino*, fulminatore belli isto pullo-que Martis, qui Turcarum terror & malleus quasi dicitur ab aliis. Hinc enim cum longe intolerabilisq; belli labore fatigatus, in æstuati-
tissimam incideret febrem, eique *Johannes Capistranus* adesset, nullaque arte Medicâfe-
bris remitteret, sed potius Medicorum ope-
ram eluderet, cum cœteris valedixisset; Tu
quoque Capistrane, inquit, vale, & quando
sub eodem Imperatore meruimus, ad accipien-
da mecum stipendia properato. Ille, *Corvinô*
defunctô, in langorem corporis subinde inci-
dit, quem ex illius leti dolore contraxerat,
elusisque Medicorum adminiculis paucis post
diebus Naturæ debitum persolvit. *Antonius Bonfinius rer. m. Ungaric. dec. 3. l. 8.*

2. Ut *Iniquos Judices*. *Robartus Lineolmensis*
aliás vocatus Capito Papam Innocentium IV.
ad summi Judicis tribunal citavit, quô etiam
occisô, horribilis vox in curiâ Papæ audita est
hôc

hôc modo: *Venimiser in judicium Dei*, quam mira
subsequebatur catastrophe. Subsequenti nam-
que die Papa in lecto exanimis lividis plagis
pertuso corpore jacuit, ac si fuste percusius
esset. *Balaus in Vit. Pontif. p. 301. 302. Camerarius*
hor. succis. part. 3. p. 151.

Non absimilis exitus quoque Clementem V.
Pontificem maximum mansit. una cum *Philippo*
Galliarum Rege, cognomento *Pulchro*, qui
ordinem *Templariorum* neci ac lanienz cru-
delissimè destinaverunt & à plurimis eorum
ad Tribunal Christi vocati & citati. Ex his
unus *Neopolitanus Eques*, in urbe Burdega-
lia ad ignem & flamasjam jam adhibendus,
conspexit in fenestra Clemente & *Philippo*,
altam ad ipsum hanc vocem sustulit: *Sævissi-
me Clemens tyranne*, postquam inter morta-
les nullus jam, ad quem appellem, superft loc9,
pro gravi morte, quâ per tuam injuriam oc-
cumbo, ad Judicem Jesum Christum meum
appello Redemptorem, ante cujus tribunal te
voco, unâ cum *Philippo* isto, ut intra annum
ibi compareatis, ubi causam exponam meam,
& justissimo probabo Judici. Neque vana
fuit hæc appellatio, nam intra tempus annum,
unô scil. eodemque anno tñm Papa quām Rex
obierunt, Clemens 20. Aprilis, *Philippus*
29. Novembr., id quod multi Historici testan-
tur. Dantur & alia exempla plurima. *An vero
tales provocationes sint licite, haut immerito quæ-
titur.*

ritur. Icti hic ante omnia distinguendum esse censem, inter causas Civiles, & Criminales: In illis quidam ferè absolute rejiciunt, immo & arbitria pœnâ in eos, qui tali provocatione utuntur, vel abutuntur, animadvertisendum censem, in his verò posse quadantenus concedi existimant. Vide Dn. D. Richter. in Regg. juris, & quidem Reg. 2. §. 20.

Qui autem provocationem hanc peremptoriam ad horrendum & supremum Christi Tribunal, (quam vulgo appellant citationem in vallam Josaphat,) & quidem certo comparendi tempore constitutô, dissuadere malunt, ad allata exempla sic respondent & urgent primò hic communem illam Theologorum Regulam, quod in civitate Dei non exemplis sed legibus vivendum sit. Certum enim est, quosdam eorum, affectuum vehementia abreptos, in talem provocacionem erupuisse, alios vero non amore vindictæ, sed Zelō justitiae talia verba protulisse; qua exinde quoque non tam provocations vel imprecations, quam Propheticae predicationes dicenda sunt. Deinde negatur quod ex allegatis scripturæ locis talis peremptoria citationis probari possit, cum nullibi præfinitum iudicio diem legamus. Si non approbantur processus, quibus modis ac tempus juvandi Deo præscribitur quanto minus approbanda videtur talis provocatio, quâ Supremo Judicii dies præfigitur exercendi judicij.

Gen.

Gen. 4. v. 10. Plerique interpretes *Protopopæiam* agnoscunt, ut ipse *B. Lutherus*. Item *BB. Dd. Hunnius, Gerhardus, Rungius, Gesnerus*. Positò vero quod ipse Abel jam jam moriturus ad Deum clamaverit, & vindictā petierit, non tamen sequitur, quod exemplum hoc cuilibet imitari concessum sit: Siquidem de Abele idem forte, quod de Davide ac Paulo, hostibus Ecclesiaz imprecantibus *B.D. Baldwinus*, lib. 3. cas. conscient. c. 7. cas. 8. p. 241. pronunciat, dici possit, quod nempe illius clamor potius *Prophetia* fuerit, quid impio fratricidz eventurum sit, quam preces, quid ipsi fieri voluerit.

Ad locum *Gen. 16. v. 5.* respondent, Saram, licet pientissimam aliàs matronam, humani quid passam esse. Hinc verba illa Saraz vocant *economicum Paroxysmum*.

Exemplum Labani Idololatræ *Gen. 31. v. 53.* nihil patrocinatur peremptoria citationi ad Dei tribunal, Laban enim huic, qui pactum violaverit, vindictam Divinam imprecatur dicens: *Deus Abraham & Deus Nahor judicet inter nos,* hoc est, sit vindex perjurii.

Verba Davidis 1. *Sam. 24. v. 16.* & *Zacharie*, filii Jojadz 2. *Chron. 24. v. 22.* ut & *S. Pauli 2. Timoth. 4. v. 15.* fuerunt *Propheticae prædictiones*, non peremptoria ad Dei tribunal provocationes vel citationes.

Librum *Judith* quod attinet, habetur ille proscripto

scripto μυρμῷ & non veram historiam tradente, est enim liber *Apostolus*, ut & libri *Maccabaeorum*, ne illum vestigium constituti termini ibidem locorum appetat.

Apoc. 6. v. 10. optant animæ Sanctorum venire diem extremi judicii, & Resurrectionem corporum suorum præstolantur.

Ipsius tandem Salvatoris exemplum quod attinet, novimus sanè, quod si vel maximè aliquando adversus hostes contumaces ac converti nescios justâ asperitate usus ipse fuit, non tamen jusserit, ut in hâc, sed in mansuetudine potius exemplum ejus sequi debeamus. *Manh. 11. v. 11. Matth. 5. v. 45.* inquit: *Orate pro inimicis vestris*, sicut & Ipse oravit pro crucifigentibus *Ipsum*, *Luc. 23. v. 34.*

Salvatoris igitur exemplum si imitari voluerimus, pro illis, à quibus iniqua patimur, debemus orare, illisque injurias condonare, minime verò ad tribunal Dei peremptoriè eos citare, vel ad illud, vindictæ cupiditate (qua sanè raro ab hujusmodi appellationibus abesse, certè facile sese illic insinuare solet,) provocare.

Exempla prophâria quod attinet, dicat aliquis, ipsum eventum, dum nempe plurimi eō ipso tempore, die imò interdum ac horâ ipsâ, quâ comparere jussi sunt, è vivis excessere, testari satis, tales provocationes fuisse legitimas, ac pondus apud Deum habuisse. Sed respondetur, ut

ut ut de plurimis exemplis dici possit, quod ita provocati malz conscientiæ stimulis excruciatæ & furiarum agitati tædis ardentibus sibi ipsis mortem attraxerint: conceditur tamen, nonnullos iussu supremi Judicis hinc migrasse certò illò ac determinatò tempore, sed num exinde ipsa provocatio licita censenda, vel Deo placuisse existimanda? Ambigitur sanè. Justa quidem judicia Dei sunt, sed oculta. B. D. Schmuckius in cap. 16. Gen. p. 554. ita scribit: *Da-
rum wie mit Gottes Gericht liederlich zufahren/
oder bald dahin zu appelliren / billich eire grosse
Scheu und Bedencken tragen sollen.* Hinc ut non ita graviter peccent, qui, dum præter me-
ritum durissima quæque patiuntur, Tyrannos ad Dei judicium provocant, non tamen sequi-
tur statim, quod talis provocatio facile susci-
pienda sit.

Quæst. 42.

Quid Judici in tali casu conveniat, sive quid ipsi, si ita provocetur, sit agendum per conscientiam?

Resp. Hac in quæstione ad subsequentes Re-
gulas attendendum est.

I. *Contemnat* Judex citationem talem, si se ju-
stè, h. e. mandatis Divinis conformiter judicas-
se, nec ullos affectus adhibuisse privatos, con-
scientia ipsi sua dictaverit. Præsertim si de fa-
cto ipso penitissimè constiterit, reique gestæ
veritate. Notum est exemplum Angli cuius-
dam,

dam, qui ob Regicidium in Carolo I. commis-
sum, ad supplicium promeritum à Carolo II.,
qui jam nunc rerum summâ in Angliâ potitur,
raptus, Regem ad tribunal Dei citavit, quam
sicuti hominis levitatem ac temeritatem Rex
contempsit, ita comparitionis dies dudum præ-
terlapsus est, nec quicquam Regi adversi obri-
git.

II. *Suspendat executionem, diligenter interim o-
mnia momenta, & quæcunque ad veri indaga-
tionem pertinere noverit, examinet ac perpen-
dat, servato interim reo in custodia. Eò, ut si
vel innocentia ejus appareat, lata retractetur
sententia; vel si evenerit contrarium, decoctio-
re confirmetur consiliò. Deut. 17. v. 4. cap. 19. v.
18. Non alienum quoque forte fuerit, alii subde-
legatis judicibus causam existiendam committere, ac
si testes forte suspecti fuerint, alios auditis su-
peraddere. Merito igitur reprehendenda Po-
pulorum illorum Septentrionalium sive sim-
plicitas, sive temeritas est, quibus in more po-
situm fuisse, à nonnullis traditur, ut reum pri-
die suspenderent, postridie vero, num justè, an
injuste factum esset, disquirerent.*

III. *Accurassimè consideret, num vera serię pœ-
nitentiarum ac pietatis indicia præ se ferat conde-
mnatus provocans, an fecus. Tum quoque, an
notoriis aliás vitiis sit infamis, an vero honeste
reliquum vitæ transegerit. Quid quod ipsa fa-
cies hominis animum quandoque prodat, mo-
resque.*

resque, num innocens videlicet sit, an verò scelerum illorum, quorum arguitur, affinis.

IV. Dispiciat, num facinus illud, ob quod accusatus, paene capitali subjiciendus est, tale sit, cui in ipsa lege Divinam mortis supplicium constitutum. Sin minus, consideret, ne nimiò rigore & summo ju reagens injuriam inferat parti innocentis. Prästat certe, *Præsecurus* in tali casu dominari, & penas mitigare. Prästat enim nocentes dimittere, quam innocentem punire; Et in criminalibus, ubi probationes non sunt liquidæ, proniiores debemus esse ad absolvendum, quam ad condemnandum.

Quæst. 43.

Quid sit statuendum de illorum salute, qui alios provocantes, ad supremum Dei tribunal sic moriuntur.

Resp. Hic tutissimum sanè videtur, ante oculos habere Salvatoris nostri monitum. *Matth. 7. v. 1, Nolite judicare (condemnare) ne iudicemini.*

Deinde distingvendum est inter provocantes. Aut enim justè, ob scelera quædam, istam luunt penam, provocant tamen judicem ad Dei judicium, vel ut promeritam penam effugiant, vel ut se, suamq; familiam ab infamia intentati crimini liberent. Hos quod attinet, graviter illos peccare, imò gravissimè cum nomine Dei turpiter abutantur, nemo negabit, tamen hi ipsi quoq; si seriam modò egerint penitentiam, &

vel

vel in extremâ etiam vitæ lineâ constituti delicta priora, tûm hanc cum primis nominis Divini profanationem agnoscant, & à Patre misericordiarum propter Christum, delictorum veniam expectant, minimè de gratiâ ac hujus quoque peccati remissione desperare debent, cum nulla penitentia sit sera, modò sit seria & vera; Aut *injusto supplicio* afficiuntur, provocantque ad Dei judicium, ut innocentiam suam testentur, ac judicem ab injustâ sententiâ revocent.

Hos jam quod concernit, utut melius omnino faciant causam suam Deo committendo & illius justitiam implorandô, quam de privatâ vindictâ cogitandô. Quia tamen facillimè contingere potest, ut & ipsi hi, affectuum vehementiâ superati, humani quid patiantur, nec Zelus justitiae Divinæ, facile hodiè in aliquo adeò purus sit, quin, quæ extrema naturæ nostræ per peccatum corruptio est, aliquid de privatâ vindictâ cupiditate habeat admixtū, magis certè, & hi conscientiæ tranquillitati consulent, si ubi in talem provocationem eruperunt, Deum invocent, quò, si quid ex imbecillitate in facto isto ab ipsis commissum, quod Christianæ aduersetur Chritati, id omne propter Christum condonet, quam ut nimiū se se in tali provocatione efferant, aut sibi placeant, vel meritorum etiam opus eam statuant.

Videntur insuper tales provocationes, in casu nem-

in nempe supplicii capitalis injuste sustinendi,
 distinguedx ratione modi s. intentionis:
 Fiunt etenim vel *livore vindictæ*, vel *Zelō Divinae
 Justitiae*. Priori modo quin merito reprehendantur, nullum videtur superesse dubium: quod vero propterea statim de illorum, qui ita injustum Judicem provocarint, salute æternâ dubitandum sit, nondum, ut credam, adduci possum: Siquidem in hoc casu penitentia incedere potest: Si quis vero in pertinaci adversus Judicem vel adversarium, odio e statione hujus viræ decedat, vereor, ne talis incurrat judicium *Apostoli Gal. 5, 8. coll. c. 5, 19. 20. 21. ac Johannis 1. Epist. c. 3, 14. 15. imo ipsius Salvatoris, Mathe. 5, 22. 25. 26.*

Quod eos autem spestat, qui ex solius amore *justitiae* ad supremum Tribunal provocant, hos sanè, in modo absit omne odium, vindictæ cupiditas, impatientia, ira, vanæ glorioæ desideriū, supersticio, aut alia quædam mala affectio, minimè judico damnandos. Atq; h̄c modō Theologī accipiunt combinationes, & imprecations Sanctorum Virorum, Davidis, Zachariæ, Pauli, ipsiusq; adeo Salvatoris, quarum in Scripturis S: sit aliquando mentio. Attamen, cum quæ nostræ naturæ post lapsum infirmitas est, facile declinare quis h̄c in obliquum a rectitudinis trāmite possit, nondum adduci possum, ut credam, omnes illos, quorum Historici mentionem faciunt, quod adversarios suos ad Dei tribunal provocarint, eo justitiæ Zelo, qui omni privatæ

vindi& aut vanæ gloriæ labi immunis fuerit,
id fecisse: quin potius facile persuaderi mihi
patior, multos eorum *humani quid* passos esse.
Tutissimum igitur omnium & optimum adversus
quasvis injurias *remedium* erit, si christianâ pa-
tientiâ durissima quæc perferantur ad exem-
plum Protomartyris Stephani, qui nō provocar-
bat, sed orabat: *Domine, ne statuas illis peccatum hoc,*
Act. 7, 60. & ipsius Salvatoris nostri, *Luc. 23, 34. Pa-*
ter, remitt illis, nesciunt enim, quid faciant.

Si tamen omnino gloria Dei requisiverit, ut
innocentia nostra manifesta fiat, committam
piis precibus causam nostram Deo Judici ju-
sto, non provocando sed orando & oportando, ut op-
pressores nostros convertere velit. Hæc ut
optima omnium tutissimaq; ratio sit, Deo cau-
sam ac vindictā commendandi, nolim tamen,
de illorum salute quis desperet, qui adversarios
suos, in causa cumprimis Religionis, simani-
festæ illi veritati cœlesti semper obmurmurent,
ad Dei judicium remittunt. Deniq; respicien-
dum hic quoque ad vitam antea etiam illorum,
qui ita provocant, tum quoq; ad morte ipsam,
quam sustinere coguntur, Jurene, an injuriā?

Quæst. 44.

Quid autem statuendum de illorum salute, qui
ita provocati, morte subintaneâ vivendi
finem faciunt, & constituto tempore
comparare coguntur?

R. Possunt & horum *ana* quasi constitui *classei.*

Et

Etenim primò contingere potest, ut illi quoque à reis provocentur. De horum salute non dubitandum, siquidem ipsi nihil contra conscientiam in illos reos statuerunt, sed officii Divinitus sibi commissi partes implerunt, & verâ in Christum fide hinc discesserunt. Mors subitanea potest alias habere causas, vel si quam maximè nullæ appareant, non tamen statim ex improvisâ illa ex mundô hōc evocatione inferendum, quod ad irati Judicis citentur illi judiciū. Sunt perrò, qui ex privatō eōq; detestandō odio, vel commodi alicujus consequendi gratiâ, innocentes accusant, vel damnant & diris suppli ciis afficiendos curant: Hos si ab innocentibus provocatos terminō constitutō mori contigerit, tunc, ante omnia dispiciendum est, num ini quisissimū judicium scelusq; commissum agnoscentes feriam priùs egerint pœnitentiā, quam hinc discesserit; an verò in impœnitentiâ mortui fuerint. Si illud, haud quaquā regno cœlesti exclusos eos autumo; Sin hoc, jam tum verax ac infallibilis Judex sententiam de hujusmodi impenitentibus homicidis promulgavit, quod sc. extores illi futuri sint à cœlesti Hierusalem.

Apec. 21. v. 8. Quæst. 45.

An Deus creaturis his prorsus abolitis novum cœlum & novam terram sit creaturus?

R. Dissensuum hic nonnulli ex Nostratisbus Theologis. *Quidam enim quibusdam vaticiniis tam V. quam N. T. permoti, ut E. 65, 17. c. 66, 22.*

f 2

2. Pet.

2. Pet. 3. 15. Apoc. 21, 1. in quibus manifestè novi
cœli novæque terræ creatio promittitur, καὶ τὸ
πνεῦμα hæc verba intelligunt, & quidem novum
cœlum & novam terram Deum creaturam cre-
dunt: ut quæ eorum futura sit conditio, curio-
sissimis indagare vetant. *Alii* ista vaticinia, novum
cœlum & novam terram promittentia partim
parabolice, de piorum felicitate & gloria quæ post
aspectabilis hujus mundi interitum, & extre-
mum judicium, perfectè & in summo gradu
ipsis communicabitur: partim metaphorice de
donis gratiæ & splendore Ecclesiæ militantis in
N.T. accipiunt & explicant. *Dn. D. Joh. Gerhard.*

Quæst. 46.

An omnes tentationes spirituales fiant homi-
nis tentati peccata; an vero, ut peccata,
Diabolo imputentur?

Resp. Tentationes spirituales non sunt sym-
ptoma, in quo adest quædam ~~πάθος Φρούριον~~, sed
sunt aliud quippiam, sæpe cum Melancholia
(morbo atræ bilis) conjunctū, ubi salvō rationis
usu, Satanas homines pios impugnat, impiis
& sacrilegis cogitationibus; ad quas ipsi exhor-
tescunt, & propter illas lachrymantur; & quam-
vis fide & oratione se defendant; tamen iis non
statim liberari possunt. In eo enim sceleratissi-
mus esse deprehenditur nequitia artifex Satan;
aum ipse ex se temptationes spirituales, & pra-
vas ac blasphemias cogitationes, hominibus
piis, Deo permittente, quandoque suggestit, post-
ea

ea autem easdem ipsis, quasi ex eis sint, penitus
 adscribit; eosq; propterea, quod talia cogitas-
 sent, condemnandos clamitat. Ut igitur hic,
 quid verbo Dei consentaneum sit, quid non sit,
 explicemus, tenendum est: Tentationes spiri-
 tuales vel esse *Immediate* ex Diabolo, quando ipse
 eas sugggerit, & animam hominis *interius* & in-
 sensibiliter alloquitur; vel etiam *foris*, ut
 coram Christo; vel *per se*, vel per *alium hominem*,
 qui ei se organon præbet, tentationes suas pro-
 fert. Vel esse ex eodē *mediate*, quando à peccato
 originali, & corruptā Naturā, tentationes ho-
 mini obveniunt, ei incident & repräsentantur.
 De his *posterioribus*, quæ à peccatō originis, & cor-
 ruptā Hominis naturā, ac ita *mediate* à Diabolo
 proveniunt, dubium nullum est, quin sint pec-
 cata hominis eumq; ut *équivicia* quædam faciant
 æternæ condemnationis reum. Proveniunt
 enim ex malo thesauro hominis, & propterea
 impurum reddunt Hominem, quandoquidem
 ex corde egrediuntur. *Matt. 15, 18.* ita tamen, ut
 in piis fiant peccata venialia, & per suspiria, pias
 preces & pœnitentiam statim remittantur. Sed
 de *prioribus*, quæ ex Divinâ permissione *immediate*
 Diabolus Hominibus sugggerit, & quibus eos
 ipsem̄, vel *foris* vel *intus* alloquitur, retinentib⁹
 ssp̄ & serio repugnantibus tentatis: ut & de il-
 lis, quibus per organa sua aliquem aggreditur,
 ut per uxorē Potipharis Josephum ad adulteriū
 solicitabat, *Gen. 39, 8.* alia res est. Non enim qui
 videt,

videt, audit, aut concipit adulterium, reus est peccati, sed qui illud perpetrat, juvat, aut approbat, reus est. *mōnōs enim & oνοδονία faciunt homines ἀξέστατος Rom. 1, 32.* Sic si Diabolus, alicui ingerat: *Sacra Cœna est res levissima!* apprehenditur quidem ab ejus intellectu hæc tentatio. (Novit enim, quid Diabolus dixerit.) Ei tamen pro peccato nullatenus imputatur, quoniam eam nunquā approbavit, sed ex animo detestatus est: *Nec ei etiam assensum præbuit, sed semper pro virili; quamvis sāpē non sine mōrōre, lachrymis & acerrimā pugnā; in corde suo contradixit.* Manent itaque Diaboli, & malorum hominum propria peccata. Sunt enim *τὰ ἴδια Diaboli Joh. 8, 44.* sunt illius *νοήματα Cor. 2, 11.* quæ etiam luet ipse aliquando in igne infernali. Quām acris autem hæc pugna sit, intelligunt experti. & quos Divinō permisso Diabolus aliquandiu ejusmodi temptationibus afflxit. *Vide B. D. Chemn. Disp. Inaugur. de tentat. Spirit.* & habebis plura.

Quæst. 47.

Quid autem de Spiritu blasphemiarum sentiendū?

Resp. Spiritus blasphemiarum est Scaturigo abominabilium cogitationum, adeò horribilium, adeoque molestarum, ut ejus tentatio plerumque quasi martyrium sit: & quidam etiam potius vellent martyrium, quam illas sustinere. Suggeruntur enim quandoq; hominibus tam blasphemiarum, tam impiorum, tam pravæ cogitationes;

ut

ut exhorrescant tentati, nec sciant præ consernatione, quid facere, dicere, aut cogitare debeant. Quæ autem nihil aliud sunt quam *Ennuntiationes Satana*, Spiritus blasphemiarum, atque Tentato non minus imputari possunt, quam alicui imputari possint convitia aut blasphemiz, quas ipse quidem ex alio audit, non autem illarum auctor est, aut iis consentit.

Notetur hic ex Colloq. mensal. B. Luth. p. 220. *Blasphemiam esse duplensem, Acti&am & Passi&am: Acti&am, quando homo ipse Deum blasphemat: Passi&am autem, quando Diabolus, contra voluntatem nostram, blasphemiam nobis suggerit.*

Dicat autem aut cogitet sic tentatus: *Blasphemia tua sis in caput tuum Diabole. Ego enim Dominum meum adorabo, nec Eum unquam blasphemabo.* Vid. Id. ibid.

Quæst. 48.

Quoniam solatio erigendi sunt isti, qui conqueruntur de cordis angustia, & animi tedium; dicentes: Tam graviter se angi, ac si multa grandia & capitalia malefacta admisissent; cum tamen sibi nullius malefacti sint consci?.

R. 1. Cogitent Diabolum esse mendacem, ite enim cum loquitur (vel hominibus suggerit) mendacium, εν των ιδιων loquitur, Job. 8, 44.

2. Superfluas curas & scrupulositates rescindant. Nam magno studio superfluae cogitationes amputandæ sunt, inquit Gregorius I. III. moral. Et B. Luth. in Col. mens. p. 204. dixit: *Potest Diabolus peccata facere, ubi nullum peccatum est. & potest ex pulvere integrum montem efformare.*

3. Fugiant vitam solitariam. Quemadmodum enim in aliis; *Nos est bonus homini esse soium.* Sic etiam hic amicæ conversationi, & honestæ recreationi, cum multo emolumento suuserit locus. Ecclesiast. 4.

4. Certi sint Deum Tentatis semper largiturum tantum auxilii, quantum opus habebunt ad gloriolam victoriam. Corinths. 10. 13.

5. Audiant verbum Dei & utantur Sacra Coenâ, his enim Diabolus expellitur.

6. Ut cuncte aliquis sibi gravissimorum peccatorum etiam sit conscius, non desperet, sed qui lapsi sunt, statim resurgent in Christo, fleant cum Petro, redeant cum Thoma, ingemiscant cum Davide clamitent cum Manasse, respectora tundant cum Publicano, regnum celorum petant cum Latrone; non desperent, non dubitet. Et remittentur eis omnia peccata eorum. Ubi enim abundavit delictum, superabundavit & gratia, Rom. 5. v. 21. Si enim Deus primos parentes recedit in gratiam, qui omnium peccatorum fuerunt maximi: etiam unumquemque peccatorum recipiet, si vel mille capitalia supplicia fuisset meritus; sicuti Davidi etiam temporale supplicium remisit, dum eum in thronum suum restituit. Sam. 19. 14. Et sicut ex Sauro salutare effecit organon Spiritus Sancti Act. 9. 13. Deletæ enim sunt omnes ipsorum iniquitates in sanguine CHRISTI, qui nos emundat ab omni peccato. 1. Joh. 1. v. 7. Tenendum etiam est aureum illud dictum Pauli, 1. Corin. 6. 9. & 10. Neque scortatores: neque cultræ simulacrorum, neque adulteri, neque mollos, neque qui concubunt cum masculis; Neque fures, neque adari, neque ebrios, neque maledici, neque rapaces, regni DEI hereditatem accipient. Arque hoc eratis quidam: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis per nomen Domini JESU, & per SPIRITUM DEI nostri. Fuerit itaque aliquis vel maximè etiam talis: non desperet, non sibi ipsi manus injiciat, sed cum Corinthiacis pœnitentiam agat, & dicat: Sangus JESU CHRISTI FILII DEI emundat nos ab omni peccato. 1. Joh. 1. v. 7. Et ex loco Pauli: Hoc eratis quidam: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis per nomen Domini JESU, & per SPIRITUM DEI nostri. Videatur idem ibidem, ubi hoc omnia suscit & prolixius tractantur.

Quæst.

Quæst. 49.

An etiam pii experiantur tentationes ejusmodi spirituales,
tentationem sensus & inexistentia fidei?

Resp. *Maximi*, id enim non tantum scripturis, i. *Per. 5.*
q. 9. sed & aliquibus exemplis confirmare possumus. *B. Lutherus* interrogatus aliquando: Undenam sibi comparasset tam insignem facultatem concionandi, & confirmandi alios, ut qui quis auditorum suorum arbitretur, constare ipsi de suo cordolio, & consolationem istam propter lese afferri? Hoc artificium, respondebat, me docuerunt Tentationes meæ. Non credo ullam temptationem supereruisse, cui ferè implicatus non fuerim; exceptâ solâ temptatione avaritiae. Refert idem *B. Lutherus* in *Colloq. mensal.* p. 217. *M. Leonhardum* Pastorem Gubensem dixisse: in sua captivitate sibi saepius fuisse ingestum, quando cultrum manu tenuerit: Confodias te! ut etiam quandoque cultrum necesse habuerit abjecere. Saepiculè quoque in terra deprehendisse projecta fila, quæ collegirerit, in tantam denique exsurgentia multitudinem, ut parando ad suspendium funiculo sufficissent. *Arianus* p. 10. narrat. Anno M C XC, in Frisia, *Wesselum* Gausfurd de veritate totius Religionis dubitasse, amicunque consolantem tristem ob frustra in sumtam operam, dimisisse. Mox autem revocato cum gaudio indicasse, Divinâ ope omnem temptationem supereratam esse. Anno M D XCVII, *Vratislavia* mulier quamdam suum accessit Pastorem, clamitans: *Orate, orate, & ne DEUS fiduciem animum ex me auferat,* & fletu miserabiliter querelam suam obsignavit. Alia mulier apud *Matthesium* conc. 12. de Luro, apud eundem Virum Dei questa est: *Non posse se credere.* Interrogante autem Luthero: *An Symbolum Apostolicum teneret?* recitavit devotè. Ac interrogante iterum: *An hac omnia crederet?* Affirmavit. Respondit igitur B. V. certè, amica mulier, si credis hac omnia certa & vera esse, sicuti sunt certissima: fortius credis ut ego! Quà consolatione & ægram mentem restituit. Desiderium enim fidei, est fides. Imò si vel maxime tentatus dicat, se ne quidem desiderium illud in se depre-

hendere: tamen ipsi respondeatur; has ipsas externas querelas, & anxias cogitationes de illo, esse desiderium fidei, in fidem ipsam, per quam Christus in eo habitet & vivat; & in hoc ipso deveniri tandem ad gemitus istos inenarrabiles Spiritus Sancti Rom. 8. 26. uti Glassius tradit. Antonius Musa Minister Ecclesiae Rochlitii, tentatus fuit, non esse vera, quæ ipse ex verbo Dei predicaret. Accedens igitur & ipse ad Lazarum exponit ægritudinem: Non possum inquiens, ipse credere, quæ alii prædico. Ad quod Lutherus: Deo sint gratias, quod alii hanc temptationem etiam experiuntur: putatis me sum iusta temptatione affligi. Ac ipsemet Martinus Iesus quoque inter temptationes aliquando dixit, cum eum adstantes ex propriis ipsis scriptis consolarentur: Nolunt in cor intrare, quæ mihi dicitis: Regerentibus autem iis, qui aderant: Ergo hac tibi in cor tradat JESUS CHRISTUS! exemplò habuit Iesus. In hac Scholâ enim Tentationum sapientiæ summi subsellium Doctores coguntur in ultimo considerare loco, & audire pauperculorum consolationem. Sicut D. Forsterus, sollicitus valde & tentatus, Pastorem Nosocomii vocari iussiferat, petens ab eo consolationem. Et cum ille regessisset: Mi Domine, ego tantum consolationem habeo pro pauperculis in Nosocomio: respondit ille: Ah etiam mihi dic illam consolationem pauperculorum! Cœpit igitur: Sic Deus dilexit Mundum &c. Joh. 3. Quæ verba ipsi insigni consolationi fuerunt. Memorabilem historiam quoque recitat Cyriacus Spangenbergius de Catharina, priore uxore Domini Clementis Schavii, Diaconi ad S. Andreæ Islebiæ: Ea jam in agone mortis constituta, cum exquisitis sacræ scripturæ dictis se probè erigere posset, tandem ex instinctu Satanæ de Baptismo suo dubitare cœpit, si quidem nemo proflus superstes erat, qui de Baptismo ejus testificari possit; parentibus enim admodum juvencula, ut & patrinis omnibus orbata erat. Ministri Ecclesiae diligenter pro ipsa orabant, & tandem quodnam esset nomen ejus, quærebant. Quod cum indicasset, ipsi continuo nomen hoc userunt, contendentes, quia proprium haberet nomen, & ex familiâ piâ & honestâ oriunda esset, etiam in mediâ Christianorum natu, credendum omnipino esse, eam etiam bapti-

baptizatam esse. Quod solitum adeo penetravit cor ejus, ut de Baptismo suo dubitare desineret, & è temptationibus eluctata, placide in Domino obdormiret: uti videre apud Baldwin. in Cas. Consc. p. 1079.

Sic habemus exempla, Diabolum, ut suas falsas blasphemias & impias Enunciationes persuasibiles faciat & confirmet; Scripturas etiam sacras depravare. Patet hoc ex insigni illa mutatione verborum *P. 91. II. facta Mar. 4, 6.* ubi omittebat verba illa: *ut te custodiant in omnibus viis tuis*, quoniam temptationi ipsius adversabantur, & tantum dicebat scriptum est: *Angelis suis manda sis de Te.* Sed non tentabis *Dominum Deum tuum*. statim respondebat Christus: significans, hominis viam non esse volare in ære, ea enim volatilium via est, sed gradus qui erant de recto Templi, ad id facti, ut facilis & sine periculo descensus esset, ut in *Gen. c. 2, 24.* recte scribit *B. Lutherus.* Aut igitur Verba Scripturarum mutilat, aut aliquid addit, aut verum sensum negat, aut dicta inconvenienter allegat, aut etiam plane peregrinum sensum verbis affingit, e.g. *Visus erat aliquando Satanus cuidam viatori in forma viri*, & ei persuaserat: Non esse utendum sacra cena; propterea quod Paulus dicat *Rom. 14, 17.* *Regnum Dei non est cibas ac potus, sed justitia & pax & gaudium in Spiritu S.* Cum ibi Apostolus non de *Eucharistia*, sed de *discrimine ciborum loquatur*, & sensus sit: Regnum Dei non in discrimine ciborum consistere, ut ex contextu patet. Alicui in multis angustiis constituto & cum mordaci paupertate, ob militum creberimas depraedationes, conflentanti, persuaserat: Eum non posse salvare, propterea, quod suis providere non valeret. Paulus autem dicat *I. Tim. 5, 8.* *Si quis familiaribus non provideret, fidem abnegat.* & est infidelis deterior. Cum non dicatur: Si quis provideret non potest: Sed: non provideret; cu tam benè possit. Sic viduæ cuidam suggererat, eam fidelem & justam non esse, propterea, quod liberi ejus quererent panem: David autem dicat, *Pl. 7, 25.* *Non vidi iustum derelictum, nec semem ejus quarenspanum.* Cu hoc pronunciatiū Davidicū, veluti temporalis promissio, eū exceptione crucis & voluntatis Divinae sit intelligendum. Ipsiem etenim David petuit panes ab I. bimelecho, *I. Sam. 21, 3.*

Rg

Etpueros ad Nabalem misit, rogatum: Quodcumque invenierit manus tua, da servis tuis, & filio tuo David. 1. Sam. 25, 8. Deinde *participialiter* dicitur: etiam quarens panem non derelinquetur à Deo. Rurius quidam mulieri persuaserat, si in delirio moreretur, eam condemnatumiri: quoniam iterum David dicat, Ps. 49, ult. *Homo, quando in honore est, & non intelligit, comparatus est iumentis, & similis factus est illis.* Cum David non de *presentia mentis* & *usu rationis*; sed de *intelligentia & sapientia* *vera pietatis & timoris Domini* loquatur, ut ex contextu patet. Alii per vadere volebat; Eam periclitaram esse de salute, quoniam Paulus dicat ex Moysi, Rom. 9, 15. *Miscrebor, cuius miseror; & misericordiam praefabo, cuius miserebor.* Igitur non *volentis*, neque *currentis*, sed *miserentis* est DEI. Cum Paulus hō dictō non doceat; voluntatem Dei de salvandis hominibus particularē esse; quam universalem toties de predicavit; aut absoluto decreto quodam electos, quosdam reprobatos esse; sed tantum: *Justificationem. Salutem & rem aeternam esse gratitutum, non propter merita operum redditum, DEI donum.* Rom, 6, 11. *Donum DEI est vita eterna, in CHRISTO JESU. Domino nostro.*

Sic apud Dedeckenium Volum. I, part. II. p. 18. uxor eiusdem præfecti tentata fuit: Utrum sit Dei voluntas, ut in nostra vernacula nobiscum loqui vellet. & nos etiam voluntatem ipsius ita cum ista lingua nostra intelligere & percipere debeamus. Quam tentationem suam cum multis lachrymis exposuit M. Luca Martini, Superintendenti Brunsvicensi, qui etiam feliciter ei respondit, uti ibidem videri potest. Apparet ergo, quam vere dixerit Paulus Ephes. 6, 12. *Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes & potestates.*

Quæst. 50.

Quid autem discriminis inter Tentationem Christi, Matth. 4. & Tentationem Hominum?

Resp. Homines per peccatum Originale ita sunt depravati, ut propter amissam Imaginem Dei, possint inimicū tentari;

tentari; sive, iis tentationes spirituales suggeri, per easque representatas, ipsi obiectu moveri. Inest enim propter inhærens malum, animæ facultatibus jam post lapium, quædam Tentationum Spiritualium receptivitas. Atque inde etiam est, quod sapientia pia, quamvis tam pravis cogitationibus, & Diabolicis suggestionibus ex animo contradicant, iisque anxiè obluctentur: nihilominus tamen experiantur iis se angari, moveri & contristari, easque sibi subinde in memorem redire, ac tanquam odiosissimam cramben, vel millies à Satana recoqui & obtrudi: donec Spiritu Dei tandem eas superent & excutiant.

Christus autem, fuit τὸ ἄγιον, quod natum est ex Maria
Luc. 1. v. 35. Filius Dei ἀρχιερεὺς ὁστός, ἀκανθός,
ἀμφιάρτος, περιχορισμένος δύο τὸν ἀμαρτωλὸν,
καὶ ὑψηλότερος τὸν σπεραντανούμενος, Ebr. 7. v.
86. Tentatus per omnia juxta similitudinem χωρίς αμαρ-
τίας Ebr. 4. v. 15. Intrinsecus ita tentari non potuit, sed
tantum extrinsecus: quoniam non habuit in fæse ullam in-
habitantis mali originis maculam. Recte igitur de isto di-
scrimine Jansenius Harmonia p. 125. ad verba: Et accedens
Tentator: Ex quo illud satis convincitur, inquit, univer-
sam hanc, quæ scribitur, tentationem foris fuisse, non intus!
quemadmodum & tentatio ea, quæ primos Parentes ad pec-
catum sollicitavit. Sicut enim Hominem in statu innocen-
tiae Diabolus tentare non potuit, nisi forinsecus per exter-
nam suggestionem: ita etiam perfectionem Christi dedecu-
isset, à Diabolo tentari per interiores cogitationes phanta-
sia contra spiritum, audire autem exteriores ad malum so-
licitationes non decuit, utalias vinceret.

Quæst. 51.

Quid discriminis inter Tentationes primorum Parentum,
 & inter Tentationes posteriorum?

Resp. Tentationem illam Paradisiacam in initio, non nisi
 externam suggestionem & sollicitationem ad malum fuisse,
 satis istud: *Dixit serpens ad mulierem, Gen. 3. v. 2.* innuit.
 Propter

Propter Imaginem Dei enim, sive Justitiam originalem in-existentem, quamdiu in illo statu permanebant, interius tentari non poterant, quoniam erant perfecte sancti & iusti. Id modo diluminis incepit ipsos, & Christum Salvatorem intercedebat; quod illi propter concessum liberum arbitrium poterant non peccare: Christum autem peccare, planè erat impossibile. Sed quia primum Eva coepit de veritate verbi Divini fluctuare, & ex liberrimâ voluntate, in tantâ facilitate non peccandi? Diabolo animæ suæ portam aperire, & mendacia ejus admittere: eatenus, quatenus Satanam & peccatum admisit, etiam interius tentata est per suggestiones, syphoniaes, vehementes impressiones fractus vetiti, & similitudinis Dei; & turpiter tandem superata. Si autem Eva statim in principio exteras suggestiones rejecisset, ut potuisset fallimè, nunquam Diabolus eam interius tentare, aut ad malum impellere potuisset. Postea autem illorum, quoniam omnes peccato originali laborant, statim in initio, & quandocumque hoc Deus Diabolo permittit, tam foris, quam intus; tam mediæ, quam immediate tentari possunt. Concupiscit enim, post lapsum, caro adversus Spiritum, Spiritus autem aduersus carnem: hæc autem inter le mutuò adversantur, ut non, quæcunque volueritis, eadem faciatis,
Gal. 5. 6. 17.

Quæst. 52.

Quid tandem discriminis inter Tentationes piorum & impiorum.

Resp. Piorum Tentationes objectivæ quidem illorum anime representantur, eaque illas quoque per modum subjecti QUO, recipit. Sed statim, ac deprehenduntur; Pii per Spiritum Dei inhabitantem & ejus gladium, Verbum Dei, iis, quantum in hac infirmitate possibile est, resistunt; eaque siè immideatè à Satana, sive mediataè à peccato Originali sunt, expellunt, contrà nituntur, orant, easdem debellant, extinguunt, & gratia Dei superant. Atque ita sedulo timent, ne contra conscientiam suam aliquid admittant aut peccent: Sed apud impios in sola receptivitate, conceptione aut representatione

sentatione Tentationum spiritualium non subsistit; sed plerumque subsequitur *affensus*, approbans delectatio, studium, & ipse denique actus. Hinc dicuntur miserrimi peccati servi *Johan.* 8. v. 34. Vide & lege de hac materia *D. V. Voleri* Antidotum, *D. Balduinum*, *Arianum*, & *D. Glassium* in Schola Tentationum.

Quæst. 53.

An Deus omnes istas linguas, quæ hodiènum per totum terrarum orbem in usu sunt, in Babylonica confusione considerit, nec ne?

Resp. Probabile est, Deum in hac Babylonica confusione matrices tantum linguas condidisse, easque hominibus laborantibus indidisse, ex quibus *Mari* linguis ceteræ postea sunt prognatae. E. G.

Hebraica lingua matrix putatur esse *Syriaca*, *Chaldaica*, *Arabica*.

Græca lingua matrix est *Dorica*, *Ionica*, *Æolica*:

Latina lingua matrix est *Italica*, *Hispanica*, *Gallica*, *Vulgarica*.

Sclavonica matrix est *Polonica*, *Bohemica*, *Moscovitica*.

Germanica matrix est *Saxonica*, *Heliogatica*, *Anglica*, *Scotia*.

Tartarica matrix est *Turcica*, *Sarcomonica*.

Abyssina matrix est, *Æthiopica*, *Sabaa* &c.

Uti hac de re scribit *Genebrardus*.

Sic linguae specentur respectu antiquitatis & dignitatis, & eorum, qui linguis sunt usi, omnium nobilissima est *Hebreæ* & *Græca* nobilior est *Latina*.

Hebreæ enim omnium est prima, quam Deus initio rerum formavit, quam Sacra maiestas sèpè usurpavit: quæ Decalogum scripsit: quæ oracula coelestia continet: quæ sola nomen JEHOVA novit: & quæ matrix est reliquarum linguarum, reliqua vero sunt traduces, & ab illa ortæ.

Proxima dignitas *Græca* linguae adscribitur, quæ cum legeretur apud omnes Nationes, teste *Cicerone* in oratione pro Archia, Deus scribi illa voluit salutis nostre Evangelicam Doctrinam: quæ etiam primitus omnes Artes fuerunt traditæ.

Latina

Latina lingua præ reliquis commendatur, quippe quæ omnibus Eruditis in tota Europa jam facta est communis: & olim fuit lingua dominantium. Hæ tres linguae in titulo Crucis Domini erant *Job. xix. 6, 20.*

Si inquiratur in linguis, quæ ad exprimenda animi sensa sit convenientissima, cuius gratia ab Eruditis linguae docentur, discuntur, usurpantur, sunt, qui *Græcam* linguam reliquis omnibus præferunt,

FINIS.










Gen. 4. v. 10. Plerique interpr
iam agnoscunt, ut ipse B. Lutherus,
Hannius, Gerhardus, Rungius, Ge
vero quod ipse Abel jam jam mo
um clamaverit, & vindictā petier
sequitur, quod exemplum hoc c
concessum sit: Siquidem de Ab
quod de Davide ac Paulo, hostib
precantibus B.D. Baldwinus, lib. 3.
c. 7. cas. 8. p. 241. pronunciat, d
nempe illius clamor potius Pr
quid impio fratricidz eventuru
preces, quid ipsi fieri voluerit.

Ad locum Gen. 16. v. 5. respon
licet pientissimam alias matron
quid passam esse. Hinc verba ill
economicum Paroxysmum.

Exemplum Labani Idololat
nihil patrocinatur peremptori
Dei tribunal, Laban enim huic
violaverit, vindictam Divinam
cens: Deus Abraham & Deus Nahor
hoc est, fit vindicta perjurii.

Verba Davidis 1. Sam. 24. v.
filii Jojadz 2. Chron. 24. v. 22.
Timoth. 4. v. 15. fuerunt Proph
non peremptoria ad Dei tribuna
citaciones.

Librum Judith quod attinet,



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart, TE263, Serial No. 032